Locc
9occ
K 9/244
107074-(844)

CATALOGUS



CATALOGUS
MANUSCRIPTORUM
BIBLIOTHECAE
NATIONALIS HUNGARICAE
SZÉCHÉNYIANO - REGNICOLARIS.

VOL. I.
A. — C.

SOPRONII,
TYPIS HAEREDUM SIESSIANORUM.
1814.

CATALOGUS

MANUSCRIPTORUM

BIBLIOTHECÆ

Nationalis Hungaricæ

SZÉCHÉNYIANO-REGNICOLARIS.



SOPRONII

Typis Haeredum Siessianorum

1815.

Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
Getty Research Institute

https://archive.org/details/catalogusmanuscr11orsz

EXCELLENTISSIMO AC ILLUSTRISSIMO
DOMINO COMITI
FRANCISCO SZÉCHÉNYI
DE
SÁRVÁRI-FELSŐ-VIDÉK
AUREI VELLERIS
ET
INSIGNIS ORDINIS REGIO-NEAPOLITANI
S. JANUARII
EQUITI,
SACRAE CAESAREAE, ET REGIO-APOSTOLICAE MAIESTATIS
CAMERARIO,
ACTUALI INTIMO STATUS
CONSILIARIO,
AC
PER INCLYTUM REGNUM HUNGARIAE
CUBICULARIORUM REGALIUM
MAGISTRO
JACOBUS FERDINANDUS MILLER
DE BRASSO,
COMPLURIUM INCLYTORUM COMITATUUM TABULAE JUDICIARIAE ASSESSOR, ET MUSEI
NATIONALIS HUNGARICI DIRECTOR
S.



Si citra iactantiae labem gloriari ſas est, diffiteri non possum, me inter praecipuas felicitatis accessiones nunquam non reputaturum, quod meae dexteritati credere visum sit negotium, in ordinem redigendi numerosissimam Librariam ſuppellectilem, quam TUA in Principem fides, et in Patriam pietas ea plane de caussa Regno donatam, ſacratamque esse voluit,

vt

vt etiam Hungara Natio ad morem cultissimarum Europae Gentium propria potiretur Bibliotheca. Quodsi recte memini, iam in aditu muneris, cui tunc praefici merui, pollicitus ſum, me daturum operam, vt Indicem impressorum Librorum TUA munificentia iam tum editum, Catalogus Codicum manu exaratorum mox excipiat. Equidem officio neutiquam de-

eram:

eram: namque continuo manus Operi admota est. Verum iniuriae temporum, in quae non tam venimus, quam incidimus, me coeptum laborem haud interrupte continuare prohibuerunt. Vix enim curis meis amplissimus iste Litteraturae Hungaricae adparatus in scrinia fubpartitus fuit, publicisque expofitus vsibus, iamiam hostilis inuasionis metus iucun-

dis-

dissimum isthoc conspectu Palladium subito disiici, et securitatis caussa Temesiam absportari iusserat. Reducta alma Pace, priorem ei formam reddere, et, quae inchoata fuere, vltro prosequi non neglexi. Sed, quemadmodum TULLIUS (*a*) monet *nihil semper suo statu manere*, ita nobilissimum hoc Librorum Theatrum

non

(*a*) *I. de Nat. Deor.*

non multo post loco, quo putabatur, perenni persstiturum, ex altioris Potesstati imperio iterum mouere, et aliorsum transferre oportuit. Neque tunc a me praetermissum est quidpiam, quo tota moles in nouis Aedibus, iam maioribus adaucta incrementis, splendidior assurgeret. At, hostibus pene in viscera soli hungarici iterum saeuientibus, pretiosissimae hae Re-

gni

gni Opes Magno - Varadinum celerrimo cursu commigrare, meique conatus rursum intercidere debuerunt. Post plurium mensium absentiam illae ex peregrinatione reuocatae ſunt. Verum nondum adhuc Thecis plene instructis, me ipsum triste feriebat fatum: inopinus quippe ſuauissimae Coniugis occasus adeo pectus meum perrupit, vt me profiteri minime

pu-

pudeat, quod etiamnum vim doloris persentiscam. Nihilominus post tot, tantasque vicissitudines, quibus saluberrimum hoc Inſtitutum cum primordio obnoxium fuit, rebus ad tranquillitatem magis inclinantibus, animoque vt cunque iam sedato, me ita beatum esse contigit, vt promissi fidem sine difficultate tandem soluere liceret. Itaque resumsi ea, quae

hac-

hactenus per interualla in hoc volumen coniecta sunt, reuidendi, supplendi, corrigendi, et in alphabeti seriem coordinandi, praefixa lege, vt hoc Catalogo haud aliud comprehendatur, quam, quod TUA largitate, TUIS sumtibus, TUISque fatigiis congestum est. Non recensentur, quae ab aliis oblata, aut, quae ex Fundo Musei comparata sunt, ne quis dicere au-

se-

serit, sub TUO Nomine etiam aliorum Dona referri. Curae profecto mihi fuerat maximae, ne quid irreperet, quod TUÆ magnanimitati quoquo modo non debeatur. Postulasset quidem mirifica haec TUA Liberalitas, vt Operi dignam tanto Sacrificio Praefationem praemitterem. Atenim me abs TUA bona voluntate impetraturum confido, tum, quod occupationi-

bus

bus distrahar, quae non solius Bibliothecae limitibus circumseptae sunt, sed ad totius Instituti Atria protenduntur; tum quod ingrauescens morbida aetas me pedetentim iam languere faciat, et pro perrari TUI, quod corrupto hoc saeculo dedisti, in Patriam exempli celebritate disserere amplius non patiatur; immo, quod summum est, ipsa modestia me cohibeat

de

de Specimine, cuius Author quantuluscunque sum, verba facere, iudiciumque promere. Notiora haec TIBI sunt, quam, vt plura in vberiorem excusationem argumenta me repetere oporteat. Me non potest non erigere solatium, quod Elenchum hunc Manuscriptorum, diu iam plurimorum desideriis expetitum, ſecundis prorsus auibus ad vmbilicum perducere sit concessum; magis adhuc gauisurus, si

im-

imbecillum hunc conatum meum TIBI non displicere intellexero. Accipe ergo EXCELLENTISSIME, ac ILLUSTRISSIME DOMINE COMES! vigiliarum mearum fructum in perpetuae meae erga TE obseruantiae testimonium, et, vt me porro Cultoribus TUIS adnumeratum fouere pergas, abs TUA Beneuolentia peto, ac Vale. Dabam Pestini in Aedibus Musei Nationalis Hungarici ad Diem VIII. Februarii, anno Salutis M. D. CCC. XIII.

A.

Abhandlung von dem hungarischen Dreyssigstwesen in Beziehung auf die Festsetzung einer neuen Zolltariff. in 4. pag. 76.

——— Von dem Zusammenhange der Forstwissenschaften mit dem Bergwesen und den Quellen, woraus solche zu erlernen sind. in 4. pag. 66.

Acta Commissionis in Negotio Religionis vi Art. 30. 1715. ordinatae, ac anno 1721. Pestini inchoatae, et expost Posonii continuatae, et definitae. Tomi VI. fol. T. I. pagg. 486. II. 212. III. 566. IV. 380. V. 339. VI. 604.

* *Continentur* Tomo I. 1.) Series Actorum Excelsae Commissioni in religionis negotio Anno 1721. diebus mensis Martii, Aprilis, Maii, Junii, Julii ab vtrinque nonnullorum item annexorum mentione facta porrectorum, ibidemque perlectorum, *et quidem*: 2.) Tria Decreta Carolina Pestiensis Commissionis religiosae, quorum *primum* euenit 3. Aug. 1720. *aliud* 6. Nouemb. 1720.

tertium 16. Decemb. 1720. 3.) Series Templorum post nouissimam Diaetam, adeoque art. 30. 1715. in negotio Religionis conditum interturbatorum, occupatorum, nec non ademtorum, priore vberior 16. Mart. 1721. 4.) Formula Replicae ad praetensa V. Cleri Grauamina per DD. Instantes pro directione sui die 4. Julii extracta, et dictata. 5.) Excelsa Caesareo - Regia JJ. que SS. Regni articularis Commissio 31. Mart. et 4. April. 1721. 6.) Instantia Tyrnauiensium 2. April. 1721. A. C. addictorum Commissioni porrecta. 7.) Eadem Szakolcziensium Euangelicorum 2. April. 1721. 8.) Eadem A. C. addictorum. 9.) Eadem eorumdemque 2. Maii 1721. 10.) Instantia A. C. addictorum 5. Maii 1721. porrecta Commissioni. 11.) Eadem eorumdemque 30. April. 1721. data Commissioni. 12.) Paria Decreti Leopoldini de an. 1704. 20. Junii ad D. Archiepiscopum Colocensem Paulum Széchényi ex intima Cancellaria expediti. 13.) Instantia A. C. addictorum 5. Maii 1721. Pestini. 14.) Eadem atque eorundem 7. Maii 1721. Commissioni data. 15.) Decreti Caesareo - Regii ad DD. Commissarios sonantis, ac 7. Maii 1721. publicati Par. 16.) Paragraphi Resolutionis an. 1701. die 2. Aprilis emanatae, articulis Soproniensibus, ac ibidem contentis praeiudiciosi. 17.) Extractus Instantiae Status euangelici diebus 31. Mart. et 4. April. in L. R. Ciuitate Pestiensi consi-

sidenti Excelsae Caesareo-Regiae, et JJ. SS. ac OO. Regni articulariter ordinatae, Commissioni exhibitae, et praesentatae, Grauamina concernentis. 18.) Repraesentationis A. et H. Confessioni addictorum V. Cleri in Comitatu Posoniensi 1715. interpositae Protestationi oppositae, et Excelsae Commissioni Pestini 30. April. 1721. penes eorum Memoriale cum alio Producto sub Litt. G. demisse productae, atque exhibitae Par. 19.) Idem, eorundemque die 5. Maii Commissioni porrecta cum annexo sub Nro 3. siue Specie Facti summaria occupatorum Templorum post An. 1715. 19.) Instantia Commissariorum A. et H. C. addictorum, in qua ratione opinionum suarum S. C. R. Maiestatem circa diem 7. Maii demisse informant. 20.) Eadem eorumdem 7. Maii 1721. Commissioni porrecta. 21.) Species facti summaria, et quidem eorum, quae ab an. 1715. post conclusam Diaetam, et diaetaliter resolutam hancce Excelsam Commissionem in negotio Religionis sunt occupata, interturbata, et ademta, cum reseruata, prout antea, addenda addendi, corrigenda corrigendi facultate. 22.) Productum huic annexum sub CC. 14. Decembr. 1716. 23.) Productum Caroli VI. sub DD. 11. Julii 1713. 24.) Productum sub FF. 23. Maii 1713. 25.) Productum Caroli VI. sub GG. 20. Decemb. 1718. 26.) Productum sub HH. 7. Maii 1721. 27.) Productum sub JJ. 9. Maii

1721. 28.) Instantia ratione Excessuum sub decursu Commissionis in locis ibi declaratis. 21. Maii 1721. 29.) Instantia A. et H. C. addictorum Excelsae Commissioni 28. Maii 1721. Pestini, dum pro illustratione Punctorum 1. 2. 3. et 4. grauaminum consedisset, praesentata sub Nro 4. 30.) Instantia eorundem Commissioni 26. Maii 1721. porrecta. 31.) Productum huic annexum 28. April. 1721. 32.) Propositio ex parte Euangelicorum an. 1721. 19. Maii Laxenburgi in personali audientia per Paul. Prileczky, Fran. Szalay, Paul. Jeszenák, Joan. Izdényi, Steph. Gyürky, et Sam. Klik suae Maiestati Sacratissimae facta. 33.) Proiecti memorialis, et annexorum tenor. 34.) Annexum sub N. Resolutionis diaetalis, prima Josephi Impp. ſecunda itidem eius, tertia Caroli, quarta aeque Caroli, quinta eiusdem. 35.) Decretum in negotiis Religionis Leyen, et Barthlen 5. Decemb. 1519. 36.) Mandatum Caroli VI. ad Commissarios Regios 16. Maii emanatum, et 26. eiusdem mensis publicatum, eademque statim die dictatum. 37.) Istantia Cassouiensium H. C. addictorum 10. Julii porrecta. 38.) Amoeni flores verni in quinque areas dislocati seu anagramatymi pure nominibus inuictissimi Impp. Caroli VI. vt et heroum per eandem S. M. pro Excelsae Commissionis Executoribus deputatorum, inque Vrbe R. ac L. Pestiensi congregatorum efformati, ac post Ill. ac Excell. Commissio-

nis

nis istius Praesidi, simulque Reg. Curiae Judici etc. praesentati per Clientem infimi Gradus P. E. L. A. 15. Julii 1721. 39.) Ad statum quaestionis DD. Acatholicorum Rescriptio, ex parte Status Catholici exhibita 15. Jul. 1721. 40.) Instantia DD. Agentium pro extradatione Productorum V. Cleri 15. Jul. 1721. Excelsae Commissioni exhibita. 41.) Replica A. et H. C. addictorum ad Scriptum litteris L. et C. notatum 26. Jul. 1721. 42.) Responsum ad Replicam A. et H. C. addictorum super quaestione: an Status catholicus saecularis admoneri debeat, vt scriptotenus se declaret, quoad Puncta, quae V. Clerus Excelsae Commissioni praesentauit? 19. Decemb. 1721. 43.) Productum sub Num. 4. in generalibus Grauaminibus Euangelicorum mediante Instantia 31. Mart. et 4. April. Excel. Commissioni exhibita cum exemplis, quibus ex lege deductarum Contrauentionum, abusuum, et ineffectuationum series ad singula punctorum membra illustratur. 44.) Series factorum in forma Supplementi. 45.) Replica Euangelicorum vtriusque Confessionis ad V. Cleri R. Catholici tum responsa, tum praetensa grauamina die 21. Maii, et successiuis diebus Excelsae Commissioni porrecta. 46.) Ex parte JJ. Commitatuum Marmaros, Bihar, mediocris Szolnok, Kraszna, Zaránd, Kővár, et aliorum ad praetensa V. Cleri Grauamina. 47.) Ex parte A. et H. C. addictorum in L. R. Ciuitate Nagy-Bányensi de-

gentium ad praetensa contra eosdem V. Cleri Grauamina Replica. 48.) Replica Euangelicorum ad praetensa V. Cleri respectu Dioecesis Strigoniensis.

* **Tomo. II.** *continentur*: 1.) Status Quaestionis. 2.) Reprotestatio, et Recontradictio V. Cleri contra porrectam Acatholicorum Reprotestationem sub B. exhibitam Excelsae Commissioni die 15. Julii 1721. eadem die etiam in Sessione perlectam Pestini. 3.) Replica Catholicorum ad Productum ab aduerso sub G. 4.) Contrareplica Euangelicorum ad Replicam V. Cleri quoad Productum sub P. 5.) Protestatio V. Cleri, et responsa ad porrecta ab Euangelicis Excelsae Commissioni Pestini 21. Maii 1721. 6.) Instantia Ciuitatis Trenchiniensis ad Commissionem. 7.) Productum V. Cleri sub ZZZ. 8.) Grauamina 26. Maii 1721. porrecta Dioecesis Nitriensis, quibus excessus A. C. addictorum in eadem Dioecesi perpetrati deteguntur. 9.) Particularia Grauamina R. Catholicorum ex parte Almae Dioecesis Strigoniensis Excelsae Commissioni porrecta, et ad mentem Articulorum Sopronensium, et Posoniensium per subsecutas Benignas Caesareo-Regias Explanationes declaratorum absque tamen Catholicae Religionis praeiudicio in exhibitis generalibus Grauaminibus complanari flagitata. 10.) Dioecesis Jaurinensis Grauamina. 11.) Replica Dioecesis Agriensis ad praetensa Acatholicorum particularia grauamina 15. Maji Excelsae Com-

Commissioni exhibita, et cum V. Clero communicata, saluo iure addendi addenda concinnata. 12.) Catharinae Mandatum 16. Julii 1630. 13.) Protestatio D. And. Berkes Praepositi Vaciensis. 14.) Protestatio, et Contradictio circa Fundationem Petro Hrabovszkianam. 15.) Replica Dioecesis Strigoniensis. 16.) Grauamina, et Postulata ex parte Dioecesis Agriensis, uti et Series Ecclesiarum, et Parochiarum, reliquorum accessoriorum ad R. Catholicos de iure, et ab antiquo spectantium, et pertinentium in Dioecesi Agriensi distinctim per Comitatus, et Loca connotata, nunc prae manibus DD. Acatholicorum diuersis sub praetextibus existentium, restrictionique obnoxiarum 5. Junii 1721. 17.) Ex parte Dioecesis Agriensis Connotatio Apostatarum adhuc superstitum, et in apostasia mortuorum. 18.) Replica R. Catholicorum ad praetensa Acatholicorum generalia viginti puncta ad Speciem facti in totidem exemplaribus reducta 9. Jun. 1721. 19.) Replica ex parte Dioecesis Jaurinensis ad particularia Grauamina Acatholicorum in specie. 20.) Reprotestatio D. Joannis Podmanitzky Exc. Commissioni 26. Jul. 1721. Pestini exhibita. 21.) Instantia contra varios excessus Plebanorum Cremniciensis, et Neosoliensis. 22.) Rescriptum Excelsae Cancellariae respectu petitae dilationis Commissionis 11. Julii 1721. 23.) Instantia Euangelicorum Exc. Commissioni pro commendatione, et

transmissione suae Maiestati exhibita super non turbatione eorumdem vsque ad reassumendam, et finaliter terminandam Commissionem concinnata. 24.) Instantia A. et H. C. addictorum pro admittenda Szakolczae, et Tyrnauiae inquisitione. 25.) Instantia eorundem 30. Julii. 26.) Instantia V. Cleri ad suam Maiestatem Sacratiss. contra immediate praescriptam Instantiam Euangelicorum Exc. Commissioni 1. Aug. 1721. Pestini post decessum nonnullorum Commissariorum pro recommendatione ad suam Maiestatem faciendam praesentata. 27.) Paria dilatorii Mandati Caroli VI. in negotio Religionis Pestini institutam Commissionem concernentis 29. Jul. 1721.

* Tomo. III. *Continentur*: 1.) Instantia quoad excessus Plebanorum Cremnicensium, et Neosoliensium Exc. Commissioni die 18. Julii 1721. Pestini porrecta. 2.) Instantia intuitu excessus per PP. Jesuitas Jaurinenses commissi Jaurini occasione visitationis aegroti 19. Jul. 1721. porrecta. 3) Productum sub sextuplici L. Replicam Euangelicorum Pestini 26. Jun. 1721. porrectam continens. 4.) Productum euangelicorum sub sextuplici M. 5.) Conuocatoriae pro reassumenda Commissione in negotio Religionis Posonii 10. Decemb. 1721. 6.) Ex parte A. et H. C. addictorum in forma duplici ad praetensionem super generalium Grauaminum puncto Num. 20. reductorum Instantiae 31. Mart. et 4. April. praesentatae, et a parte

te V. Cleri die duntaxat 19. Junii Exc. Commissioni exhibita Replica, et responsum. 7.) Mandatum Caroli VI. super eo, vt omnia in statu quo maneant, in negotio Religionis emanatum 10. April. 1721. 8.) Productum sub G. et H. respectu Censurae Librorum edendorum, et vendendorum, vti et Typographiae 30. Mart. 1721. 9.) Paria Literarum Euangelicorum Communitatis Leutschouiensis ad P. J. Brankovits 29. Aug. 1721. 10.) Paria Litterarum D. Comitis P. J. Brankovits ad Communitatem A. C. Leutschouiensem. 11.) Az T. N. Komárom Vármegyéhez való Instantiájok az Lutheranusoknak. 12.) Ex parte A. et H. C. addictorum respectu particularium Grauaminum, quae de 15. Maii Pestini Exc. Commissioni propter ab an. 1715. occupatorum, ademtorum, ac interturbatorum sub Num. 3. restitutionem exhibita fuere, ad datam ex parte V. Cleri 28. Maii praetensiue replicam succedens Contrareplica, seu Duplica 21. Jan. 1722. 13.) Responsum Catholicorum ad praetensa noua quaedam Acatholicorum Grauamina in forma Memorialis 17. Decemb. 1721. Exc. Commissioni exhibita. 14.) Instantia Euangelicorum suae Maiestati Sacratissimae circa finem Januarii an. 1722. Viennae in personali audientia occasione praesentationis Opusculi theologici per V. Clerum typis excudi curati, et Exc. Commissioni praesentati per D. Heybér, Király, et reliquos porrecta. 15.)

Iterata Euangelicorum super nouiter interuentis Grauaminibus Exc. Commissioni porrecta Instantia 23. Aug. 1722. 16.) Duplica Euangelicorum ad Repraesentationem, et Contradictionem V. Cleri datam 15. Julii 1721. Pestini Exc. Commissioni sub Litteris L. et B. exhibita 6. Febr. 1722. Posonii eidem Commissioni. 17.) Iterata Euangelicorum, et quidem tertio facta Instantia super nouiter, decurrente Exc. Commissione, interuentis grauaminibus eidem praetitulatae Commissioni 5. Mart. 1722. Posonii praesentata. 8.) Alia rursus eiusdem materiae 7. Mart. 1722. Exc. Commissioni Posonii exhibita. 19.) Contrareplica, seu Duplica A. et H. C. addictorum, ad duplicam, seu contra Replicam V. Cleri 26. Junii 1721. ad nonnullorum Euangelicorum Grauamina, et in se continentem Replicam 27. Maii 1721. Pestini exhibitum data Exc. Commissioni 5. Decemb. 1721. Posonii. 20.) Duplica Catholicorum occasione generalis Instantiae suae ad Replicam Acatholicorum accommodata. 21.) Duplica ad Replicam per DD. Acatholicos datam super grauaminibus Romano-Catholicorum ex parte Archidioecesis Strigoniensis Exc. Commissioni porrectis 10. Decemb. 1721.

*Tomo IV. *Continentur* : 1.) Ex parte A. et H. C. addictorum in forma Contrareplicae seu duplicae ad praetensiuam V. Cleri Replicam, quam iidem, et quidem per enumerationem grauaminum respectu cuiusuis

in generalibus Grauaminibus Puncti pro illustratione Exc. Commissioni sub Num. 4. repraesentata diebus 28. Maii 1679. 11. et 13. Junii Exc. Commissioni exhibuit succedens responsum 18. Decembr. 1721. 2.) Contrareplica ex parte Agriensis Dioecesis ad replicam DD. Acatholicorum in ordine grauaminum particularium porrectam exhibita 5. Jan. 1722. 3.) De praeiudiciis in orthodoxam religionem apud Borsodienses patratis. 4.) Contrareplica Dioecesis Nitriensis 27. Aug. 1722. 5.) Continuatio Contrareplicae Dioecesis Nitriensis. 6.) Duplica ex parte Dioecesis Agriensis ad Contrareplicam relate ad Punctum 20. Acatholicorum sub Num. 4. porrectam data 14. April. 1722. 7.) Grauamina ex parte Dioecesis Varadinensis. 8.) Continuatio 17. Decemb. 1721. 9.) Replica ad particularem Replicam A. et H. C. addictorum 18. Jul. 1721. Exc. Commissioni porrectam ex parte Dioecesis Jaurinensis 5. Decemb. 1721. 10.) Duplica Catholicorum in contrarium data 20. Mart. 1722. praetensionibus circa receptionem post an. 1715. Templorum.

* **Tomo. V.** *Continentur* : 1.) Ex parte A. et H. C. addictorum contra replicata seu duplicia V. Cleri 10. Decemb. 1721. Posonii exhibita, insuper ad replicam 26. et seqq. Maii Pestini datam, et quoad particularia V. Cleri 7. et seqq. Julii aeque Pestini praesentata praetensiue Grauamina 28. Febr. 1722. 2.) Contrareplica siue Duplica

iti-

itidem Euangelicorum ad Replicam V. Cleri pro particularibus praetensiuis suis grauaminibus 5. Decemb. 1721. porrectam Posonii Exc. Commissioni exhibita 12. Mart. 1722. 3.) Ad Contrareplicam seu Duplicam respectu specificatorum Comitatuum quoad praetensam Replicam, siue Duplicam V. Cleri 5. Jan. 1722. Exc. Commissioni Posonii exhibitam super particulari Euangelicorum diebus 7. 9. 10. et 11. Julii 1721. Pestini data, Duplica, et ad praetensa V. Cleri 5. Junii 1721. aeque Pestini exhibita particularia Grauamina 26. Martii 1722. 4.) Contrareplica Euangelicorum quoad praetensas haereses, apostasias, blasphemias, bigamias, siue illicita diuortia.

* **Tomo. VI.** *Continentur*: 1.) Relatio demissa, et simul Opinio A. ac H. C. addictorum. 2.) Instantia Euangelicorum de generalibus Grauaminibus. 3.) Puncta Grauaminum V. Cleri cum replicis. 4.) Responsum ad duplicam D. Mich. Kébel Episcopi, qua Dioecesis Varadinensis Plenipotentiarii ex parte Comitatus Bihariensis, et L. R. Ciuitatis Debrecinensis 6. Maii 1722. 5.) Copia Instantiae Euangelicorum ad suam Maiestatem Sacratissimam, occasione relationis, et opinionis in negotio religionis, Viennae porrectae in Maio 1722. 6.) Copia Determinationis Commissionalis 20. Mart. 1722. Posonii interuentae. 7.) Copia Mandati Caesareo-Regii super eo, vt in negotio Religionis vsque ad finem ratificatio-

nis,

nis, vel modificationis omnia in statu quo permaneant 12. Junii 1723. 8.) Simile in caussa Jaurinensium Incolarum A. et H. C. addictorum Laxenburgi 27. Maii 1724. 9.) Puncta admonitionis circa A. et H. C. addictorum Jaurinensium suburbanorum Praedicantes medio Comitatus Jaurinensis Judlium 26. Mart. 1724. ad instantiam D. Generalis Vicarii peractae praesentata.

ACTA. **Commissionis Pesthiensis in negotio Religionis. Tomi II. 4. T. I. pagg. 446. II. 480.**

* **Tomo I.** *Continentur*: 1.) Diarium Commissionis Regiae vsque 5. Maii 1722. 2.) Resolutio Regia de d. 21. Mart. 1731. 3.) Protestatio Episcopi Vaciensis, Cardinalis ab Althan aduersus Resolutionem de d. 23. Maii 1731. 4.) Conuictio Georgii Ördög, et And. Szentpéteri ob non depositum per Sanctos iuramentum sub Diaeta anni 1729. in poenis marcalibus. 5.) Opinio, et Votum Commissariorum euangelicorum super exhibitis Commissioni Pesthiensi Grauaminibus. 6.) Inquisitio pro parte A. C. addictorum in Comitatu Sopronienensi peracta. 7.) Processus Fisci Regii 8. Jan. 1731. Posonii coram Commissione Regia contra Danielem Krmann A. C. addictorum Superintendentem, et Ministrum V. D. Miauiensem motus.

* **Tomo. II.** *Continentur*: 1.) Paragraphi Resolutionis Regiae 1691. 2. April. in nego-

gotio Religionis emanatae, cum tenore Soproniensium articulorum, et nonnullarum explanationum regiarum, difformitatisque remonstratione. 2.) Chronostica an. 1721. per Jud. Cur. Reg. Stephan. Koháry, item Paulum Ráday quoad hanc Commissionem facta. 3.) Libellus supplex A. et H. C. addictorum ad suam Maiestatem Pestini 30. Jul. 1721. Commissioni exhibitus, vt violentiae contra Euangelicos vsque euentum Commissionis cessent. 4.) Eorumdem ad eamdem Commissionem in eodem merito 30. Julii exhibitus, vt prior suae Maiestati submittatur. 5.) Eorumdem ad Commissionem 30. Julii exhibitus, contra Tyrnauienses, et Szakolczenses Inquisitionem euangelicorum peragendam impedientes, quo isthoc negotium suae Maiestati commendatur. 6.) Mandatum Caroli VI. 24. Julii 1721. Commissionem erga petitum de 17. Junii in aliud per se constituendum tempus prorogantis. 7.) Libellus supplex V. Cleri ad Maiestatem Instantiae Num. 3. indicatae oppositus, et 1. Aug. post dissolutam Commissionem exhibitus. 8.) Mandatum regium ad Comitatus de 10. Aug. vt omnia religionis negotia in suo statu permaneant. 9.) Status quaestionis per Euangelicos positus, an in grauaminibus Cleri nomen Catholicorum secularium inserendum sit? 10.) Responsum ex parte Catholicorum sub L. et C. 15. Jul. 1721. exhibitum. 11.) Replica A. et H. C. addictorum ad scriptum L. et C. notatum 26. Julii exhibita. 12.) Re-

Reprotestatio, et Recontradictio contra productam Acatholicorum Reprotestationem sub L. B. 13.) Replica Catholicorum ad productum ab aduerso sub G. 14.) Contrareplica Euangelicorum ad replicam V. Cleri occasione Producti sub G. factam. 15.) Responsum ex parte A. et H. C. addictorum in forma Duplicae ad Cleri Replicam 19. Julii Commissioni exhibitum, quam idem Clerus super Instantia generalium Grauaminum A. et H. C. addictorum, et ad 20. Puncta reductorum 31. Mart. et 4. April. dederat, praesentatum. 16.) Memoriale A. et H. C. addictorum recentes Euangelicorum afflictiones repraesentans, et medelam implorans 17. Decemb. 1721. exhibitum. *Huius annexa sunt*: *a*) Sub G. et H. Priuilegium a Carolo VI. 30. Mart. 1721. Cancellario Vniuersitatis Tyrnauiensis e S. J. de Censura Librorum datum. *b*) Ignatii Friewaisz Parochi Leutschouiensis supplex Libellus ad suam Maiestatem de scandalo, quod eiates A. C. homines praebent. *c*) Responsum euangelicae Communitatis Leutschouiensis 29. Aug. 1721. ad Comitem J. P. Brankovics, praemissum Parochi Leutschouiensis supplicem Libellum cum eadem communicantem. *d*) J. P. Comitis Brankovics Responsoriae ad Communitatem euangelicam Leutschouiensem Cassouiae 6. Septemb. 1721. *e*) Sub J. et K. Determinatio Comitatus Comaromiensis intuitu Stolae Parochis Catholicis soluendae 11. Octob. 1721. *f*) Sub N. et O. Car-

Carmen in Haereticos. 17.) A. et H. C. addictorum in forma contrareplicae, seu Duplicae 18. Decemb. 1721. exhibitum Responsum ad Replicam V. Cleri 20. 23. et 25. Junii datam, quam V. Clerus exhibuit, super speciebus factorum a parte Euangelicorum per enumerationem Grauaminum particularium sub Num. 4. diebus 28. Maii, 6. 7. 9. 11. et 13. Junii 1721. Commissioni praesentatis. *NB. Cum vltimum hoc Productum in 16to Puncto desinat, in aliis autem Euangelicorum Replicis 20. Grauaminum Puncta exponantur, idem integrum non est.*

ACTA. Commissionis Pfeffershovenianae Annis 1767. 1768. et sequentibus Ginsii, et in Croatia fine faciendarum Inuestigationum per Excelsam Regiam Aulico - Hungaricam Cameram ordinatae. fol. *Autograph.* pagg. 236.

—— Concursuum regnicolarium in Libera Regia Ciuitate Posoniensi annis 1720. 1734. 1735. 1736. et 1737. celebratorum. fol. *pag.* 352.

* *A.* Acta Concursus Posoniensis 1720. die 20. Septemb. coepti, die vero 24. Febr. an. 1721. finiti. 1.) Propositiones

nes Palatini in Sessione 23. Septemb. 1720. publicatae. 2) Conscriptoribus praescripta modalitas extractus formandi. 3.) Classificatio terrarum, pratorum, et vinearum. 4.) Modalitates conscriptionis secundum rubricas. 5.) Modalitas Portas regni conficiendi. 6.) Litterae Cancellariae Hungaricae 30. Septemb. 1720. de moneta Maxd'or ad Palatinum scriptae. 7.) Supplicatio Ciuitatum ad Cameram Aulicam, vt quaestores, atque opifices ciuiles, domus item in ciuitatibus ex Conscriptione exmittantur. 8.) Eorundem Supplicatio ad Cameram Aulicam, vt restantiae Taxarum diaetalium illis relaxentur. 9.) Instantia Statuum grauamina continens. 10.) Resolutio regia desuper ad Palatinum 5. Jan. 1721. directa. 11.) Propositiones per Commissarium regium Comitem a Thierhaim 20. Jan. 1721. factae. 12.) Dislocationis, et Assignationis Repartitio. 13.) Cancellaria sub dato 7. Jan. communicat ordines Consilii bellici in transgressores Regulamenti positos. 14.) Consilii bellici Insinuatum de 1. Jan. ad Cancellariam Hungaricam. 15.) Cancellaria Hungarica mittit 20. Jan. Palatino Insinuatum bellicum, et dislocationem. 16.) Insinuatum Consilii bellici d. 16. Jan. ad Cancellariam Hungaricam. 17.) Proiectum dislocationis Generalatus. 18.) Postulata Statuum, et resolutio Commissarii Regii d. 29. Jan. 19.) Propositiones contra lanionem Viennensem.

sem. 20.) Resolutio Congressus d. 26. Jan. 21.) Repraesentatio ad Impp. d. 2. Febr. 22.) Litterae ad Cancellarium. 23.) Responsum Commissarii Regii de 31. Jan. 24.) Secundaria Resolutio Concursus d. 2. Febr. 25.) Opinio Deputationis sub praesidio C. Fran. Eszterházy ordinatae. 26.) vsque 29.) idem habetur, quod Numeris 13. 14. 15. 16. expositum est.

* *B.* Acta Concursus Regni an. 1734. celebrati. 1.) Diarium Concursus a 2. vsque 12. Aprilis. 2.) Mandatum regium de 30. Mart. 3.) Propositio Commissarii regii 2. April. facta. 4.) Repraesentatio Concursus ad Maiestatem sine dato. 5.) Ad Commissarium regium per Concursum scriptae 6. April. Litterae. 6.) Resolutio Commissarii regii sub 11. April. 7.) Responsum Concursus de 12. Aprilis.

* *C.* Acta Concursus Regni in diem 14. Martii 1735. Posonium indicti. 1.) Diarium Sessionum a 18. Mart. vsque 28. April. 2.) Declaratio Statuum sub 4. April. 3.) Supplicatio ad Impp. 4. April. pro Diurnis Tabulae Regiae. 4.) Tabulae Regiae supplex Libellus ad Maiestatem sine dato. 5.) Ad Commissarium regium Concursus ex Sessione 21. April. 6.) Mandatum regium de 1. Mart. 7.) Propositio per Commissarium regium 18. Mart. facta. 8.) Ad Commissarium regium Concursus 22. Mart. 9.) Responsum Commissarii regii de 22. Mart. 10.) Declaratio ex parte Statuum s.

d.

d. 11.) Repraesentatio de 26. Mart. ad Impp. 12.) Mandatum regium d. 30. Mart. ad Concursum. 13.) Resolutio Commissarii Regii d. 1. April. 14.) Eiusdem d. 5. April. 15.) Repraesentatio ad Maiestatem d. 4. April. 16.) Eiusdem argumenti ad Commissarium Regium s. d. 17.) Resolutio Commissarii regii d. 17. April. 18.) Repraesentatio ad Impp. d. 21. April. 19.) Resolutio Commissarii regii desuper d. 26. April. 20.) Repraesentatio ad Impp. d. 28. April. 21.) Commissarii regii ad Concursum d. 7. Mart.

* *D.* Diarium Concursus Posoniensis pro die 22. Mensis Mart. et seqq. an. 1734. praefixi concinnatum a Joanne Czekus: praeter Diarium continet Acta superius sub Litt. B. Num. 2. — 7. signata, praeterea nihil aliud.

* *E.* Acta Concursus regni in diem 28. Maii 1736. indicti. 1.) Diarium Sessionum a 29. Maii vsque 26. Junii celebratarum. 2.) Mandatum regium d. 26. Maii. 3.) Sub eodem dato Mandatum ad Judicem Curiae. 4.) Repraesentatio ad Impp. de 5. Jun. 5.) Primatis, et Judicis Curiae Repraesentatio. 6.) Responsum Impp. d. 11. Jun. 7.) Mandatum regium aliud d. 11. Jun. 8.) Schema, quid in Magazinis praestandum sit? 9.) Repraesentatio ad Impp. d. 17. Jun. 10.) Alia Repraesentatio ad num. 7. d. 17. Jun. 11.) Resolutio regia

B 2 d.

d. 25. Jun. 12.) Repartitio subsidii. 13.) Repraesentatio ad Impp. d. 26. Jun.

* *F.* Acta Concursus Regni pro 11. Martii 1737. indicti. — Diario intermixta sunt sequentia: *a.)* Mandatum regium d. 9. Mart. *b.)* Propositio Commissarii regii d. 18. Mart. *c.)* Repraesentatio ad Impp. 23. Mart. *d.)* Reinsinuatum Commissarii Regii 23. Mart. *e.)* Responsum Congressus 27. Mart. *f.)* Reinsinuatum Commissarii Regii 2. April. *h.)* Resolutio regia d. 30. Mart. *i.)* Repraesentatio desuper 6. April. *k.)* Ad Ducem Lotharingiae Franciscum 6. April. *l)* Ad Commissarium regium 6. April. *m.)* Resolutio regia 9. April. *n)* Intimatum Commissarii regii 13. April. *o.)* Eiusdem d. 17. April. *p.)* Repraesentatio ad Impp. d. 20. April. *q.)* Declaratio eatenus ad Commissarium regium 20. April. *r.)* Resolutio regia 24. April. *s.)* Intimatum Commissarii regii 27. April. *t.)* Gratiarum actoriae ad Impp. 28. April. *u.)* Denunciatio ad Commissarium regium de 28. April. 1737.

* *G.* Acta Concursus regni per suam Maiestatem Sacratissimam in 28. Maii 1736. indicti, ordine, quo interuenerunt, conscripta, de verbo ad verbum, vt sub Litt. E. expositum est.

—— **Concursuum regnicolarium de annis 1734. 1735. 1736. 1737. fol.** *Paginar.* **224.**

* 1.)

* 1.) Diarium Concursus regnicolaris pro extraordinario Subsidio in diem 22. Maii 1734. Posonium indicti. 2.) Acta Concursus Posoniensis an. 1735. 1. Mart. indicti et vsque 1735. d. 22. Mart. extensi. 3.) Diarium eiusdem Concursus. 4.) Acta, et Conclusiones Regni Concursus de an. 1736. 5.) Series Actorum Concursus Posoniensis pro die 28. Maii 1736. Posonium indicti. 6.) Acta Concursus regnicolaris an. 1737. in Libera Regia Ciuitate Posoniensi celebrati. * *Nihilo plus continet praecedenti exemplari.*

——— Deputationis Aulicae de Anno 1698. super ordinando Regno Hungariae. fol. *pagg.* 125.

* 1.) Resolutio Regia d. 11. Aug. 1698. super opinione Deputationis in materia Regulamenti, de dislocatione militis caesarei, et de praestationibus eidem faciendis. 2.) Resolutio regia d. 12. Sept. 1698. ad puncta Deputatorum suae Maiestati in eodem argumento proposita. 3.) Rescriptum regium d. 16. Sept. 1698. quo Conuentui Deputatorum Viennensi demandatur conficiendum Regestrum quoad repartitionem 4. millionum, idemque tribus generalibus regni Perceptoribus Posoniensi, Cassouiensi, et Budensi extradandum, vt Rationes Cancellariae dare valeant. 4.) Rescri-

scriptum regium d. 14. Sept. 1698. quo Deputationi demandatur acceleratio elaborandi Regulamenti militaris, et vniuersalis contribuendi Normae, vt quantocius ad Comitia Posonium redire possint. 5.) Memoriale Deputatorum d. 16. Sept. 1698. quo petunt indultum redeundi Posonium, et consultationes in Regno tractandi. 6.) Replica suae Maiestatis d. 18. Septemb. 1698. quo insinuatur Conuentum hunc non esse in praeiudicium Legum, iubetque eundem ante ingressum hibernorum terminari. 7.) Rescriptum regium d. 23. Septemb. 1698. insinuans militem peditem in vrbibus, equitem ruri ad praecauendos excessus dislocatum esse, Deputationi incumbere eapropter administrationem annonae, etc. 8.) Rescriptum d. 23. Septemb. 1698. quo vrgentur Regestra fieri, et excessus in computu adduci, vt eosdem Bellicus Commissarius componere queat, additaque portione, quae militi competit ad calculum reducta. 9.) Rescriptum d. 27. Septemb. 1698. quo vrgetur sub comminatione, et termino peremtorio Regestrorum confectio. 10.) Repraesentatio Ablegatorum d. 2. Octob. 1698. qua grauamina regni deteguntur, et domum redeundi facultas petitur. 11.) Decretum regium d. 7. Octob. 1698. quo post elaboratum Systema Portarum dissoluendus quidem promittitur Congressus Viennensis, Perceptores attamen Comitatuum ad Rationes accuratius conficiendas sub poena adstringendi iu-

iubentur. 12.) Memoriale Deputatorum pro relaxatione Subsidii in 4. millionibus defixi, et adiustandi pro alleuiamine Regnicolarum statiuantis militis cum annexo Proiecto. 13.) Resolutio regia de modo reuidendi Rationes perceptorales, et intertenendi militem. 14.) Processus dehonestationis Susannae Sándor contra Annam Pereszlényi. 15.) Resolutio regia ad Grauamina per Status 2. Octob. 1698. proposita, in qua de euocatis Viennam quibusdam Statibus, de coërcenda nimia Libertate, de cauendis oppressionibus miserae plebis, de potestate regia legislatoria, de contributione plebis, de subsidiis Magnatum, et Nobilium, de sustentatione militum, de Banderiis, et exercituandi necessitate, de Repartitione, et Conscriptione, etc. agitur.

——— Deputationis regnicolaris in Commercialibus ann. 1792. et 1794. celebratae. Tomi III. fol. pagg. T. I. 974. II. 1024. III. 938.

* **Tom. I.** *A.* Proiecta Comitatuum. 1.) Reflexiones Comitatus Aruensis circa Commercialia. 2.) Reflexiones Comitatus Liptouiensis. 3.) Puncta Instructionis per Comitatum Scepusiensem Ablegatis suis ad Diaetam an. 1790. exmissis datae commercium respicientia. Cui adiacet sub *a.)* Eiusdem Comitatus Postulatum de ineundo Tractatu cum exteris Principibus, et regulatione Tricesi-

mae. 4.) Reflexiones Comitatus Saarosiensis. 5.) Determinatio Comitatus Zempliniensis relate ad vina Tokaiensia. Cui adiacet sub *a.)* Copia Intimati Consilii L. R. Posonii sub 11. Octob. 1737. quoad praecauendam vinorum Tokaiensium adulterationem emanati. *b.)* Repraesentatio eiusdem Comitatus, penes quam, Determinationem suam et copiam attacti Intimati Locumtenentialis submisit die 31. Octobr. 1791. *c.)* Decretum Cancellariae Viennae 20. Febr. 1792. Num. 1899. expeditum, quo mediante Obiectum hocce cum prioribus tribus fruſtis ad Deputationem Commercialem relegatum eſt. 6.) Reflexiones Comitatus Abauiváriensis. 7.) Proiectum Comitatus Soproniensis. 8.) Reflexiones Comitatus Jaurinensis. 9.) Proiectum Comitatus Veſzprimiensis. 10.) Reflexiones Comitatus Sümeghiensis. 11.) Proiectum Comitatus Baranyiensis. 12.) Reflexiones Comitatus Bátsiensis. 13.) Proiectum Comitatus Varasdinensis. 14.) Reflexiones Comitatus Crisiensis. 15.) Statuta Comitatus Poſegani in Commercialibus.

* *B.* Proiecta Civitatum. 16.) Opinio Ciuitatis Tyrnauiensis circa Commercium, cui adiacet ſub *a.)* Inſtantia Mercatorum Tyrnauienſium ad eiatem Magiſtratum *b.)* Eorundem Mercatorum ad Excell. D. C. Nicol. Forgách Deputationis Commercialis Praeſidem. 17.) Grauamina, et Poſtulata Ciuitatis Szakolczensis, cui adiacent ſub *a.)* officioſae eiusdem Ciuitatis Literae ſub 28. Ju-

Junii 1791. ad Excell. Praefidem exaratae. 18.) Proiectum Ciuitatis Nagy-Bányenfis, cui adiacent fub *a.)* eiusdem Ciuitatis officiofae fub 2. Julii 1791. ad Excell. D. Praefidem exaratae Litterae. 19.) Proiectum Ciuitatis Leutfchouienfis. 20.) Caffouienfis. 21.) Sopronienfis, cui adiacent fub *a.)* Litterae ad Excell. D. Praefidem d. 7. Junii 1791. 22.) Proiectum Ciuitatis Ginfienfis. 23.) Jaurinenfis, cui annexum eft fub *a.)* Matthiae II. Regis Hung. Priuilegium Ciuitati Jaurinenfi an. 1609. conceffum. 24.) Proiectum Ciuitatis Budenfis. 25.) Debreczinenfis, cui adiacent fub *a.)* Litterae ad Excell. D. Praefidem menfe Julio 1791. fcriptae. 26.) Proiectum Ciuitatis Szegedinenfis, cum Literis ad Excell. D. Praefidem 27.) Maii 1791. datis 27.) Proiectum Ciuitatis Varasdinenfis cum Literis fub *a.)* ad Excell. D. Praefidem d. 27. Maii 1791. 28.) Opinio Ciuitatis Pofeganae cum Litteris fub *a.)* ad Excell. D. Praefidem 1. Junii 1791. exaratis. 29.) Propofitio Ciuitatis Caroloftadienfis Confilio L. R. fub 8. Febr. 1792. facta, cui adiacent fub *a.)* Statutum eiusdem Ciuitatis de urendis calce, et lapidibus. *b.)* Opinio Departamenti Hydraulici intuitu repurgandi fluuii Kupchina Confilio R. L. H. 28. Julii 1792. exhibita. 30.) Grauamina, et Poftulata diuerforum Regni Comitatuum, ac Ciuitatum ex datis Inftructionibus Deputatis ad Diaetam an. 1790. miffis, fub Co-

mitiis percepta, et ad Deputationem commercialem relegata.

* *C.* Proiecta Societatum mercantilium, 31.) Proiectum Mercatorum Temesiensium typis excusum. 32.) Mercatorum Szegedinensium. 33.) Quinque-Ecclesiensium. 34.) Libellus impressus per Ciuitatem Pesthiensem sub nomine gremialium suorum Mercatorum submissus. 35.) Reflexiones Mercatorum Pesthiensium medio Magistratus ciuici submissae, cui adiacent sub *a.)* Reflexiones eorundem mercatorum per Magistratum suum Num. 4. submissae. 36.) Excusum typis Posonii sub nomine Mercatorum Hungariae de promouendo in Hungaria commercio Elaboratum, quod Ciuitas Budensis sub Num. 1. adnexuit. 37.) Proiectum Caroli Virio, et Fran. Spielmann Mercatorum Varasdinensium latine, et german. 38.) Instructio mercatori Fluminensi Joanni Bapt. Neiss pro peragenda commerciali peregrinatione per Hungariam exmisso, a Gubernio Fluminensi data. 39.) Relatio eiusdem mercatoris Joan. Bapt. Neiss de an. 1787. super confecto hoc itinere, cui adiacet sub *a.)* Opinio Gubernii Fluminensis super hac Relatione depromta, et Consilio R. L. Hungarico an. 1787. submissa.

* *D.* Proiecta Fabricantium. 40.) Reflexiones Serici fabricatoris Jac. Hapfinger, quas Ciuitas Budensis sub Num. 2. adnexuit. 41.) Reflexiones fratrum Valero circa rem sericeam per Ciuitatem Pesthiensem Num.

6.

6. ſubmiſsae. 42.) Reflexiones Auguſtini Mazzucatto circa rem ſericeam. 43.) Confectoris Majolicae D. Kuny Proiectum. 44.) Proiectum Georg. Plechſchmid Lanae fabricantis, cui adiacent: ſub *a.)* Atteſtatum Colonelli a Strach d. 21. Septemb. Tyrnauiae extradatum. *b.)* Reſolutio Conſilii R. L. Budae d. 7. Decemb. 1789. Num. 45900. *c.)* Reſolutio Cancellariae Hungarico-Aulicae Viennae d. 2. Nouemb. 1787. Num. 13894. *d.)* Atteſtatum Math. Volfarth Budae 16. Octob. 1785. datum. 45.) Reflexiones Telae Laneae Fabricantis Athanaſii Bankál per Magiſtratum ciuicum Peſthienſem ſub Num. 2. transmiſsae.

* *E.* Proiecta Priuatorum. 46.) Proiectum Vice-Comitis Aruenſis Joſ. Car. Reviczky, cui adiacent; ſub *a.)* comitiuae ad ſuam Excellentiam D. Praeſidem d. 11. Maii 1791. exaratae. 47.) Ignoti alicuius Elaboratum in obiecto Vectigalis Triceſimalis. 48.) Anonymi Proiectum circa impedimenta Commercii Hungarici. 49.) Proiectum Baronum Tamarinda, et Zazigii de commercio frumenti ex Banatu per Mare nigrum et Dardanellas in Italiam, et Galliam exercendi. 50.) Aliud Proiectum eorundem de modo commercium in Moldauiam per Danubium vtiliter exercendi. 51.) Anonymi Proiectum ad conſtabiliendam Nauigationem per Mare nigrum. 52.) Proiectum Joan. Gaſzner ſuper methodo: quomodo transpoſitio Pecuniarum inter priuatos ſecura procu-

curari poſsit. 53.) Proiectum in Comitatu Peſthienſi Geometrae Balla quoad canalem, per quem Danubius cum Tibiſco inter Peſtinum, et Szolnokinum coniungatur. 54.) Proiectum Sam. Theſſedik V. D. Miniſtri Szarvaſienſis de tollendis Oeconomiae publicae impedimentis. 55.) Reflexiones Israelis Offenheimer per Ciuitatem Peſthienſem ſub Num. 3. ſubmiſsae. 56.) Eiusdem circa erigendum Tribunal mercantile per eandem Ciuitatem ſub Num. 4. ſubmiſsae. 57.) Proiectum Judaei Oeſterreicher de viis commercialibus. 58.) Proiectum Anonymi circa ſyſtemiſandos Judaeos. 59.) Reflexiones Georgii Tahy circa commercium. 60.) Proiectum Steph. Székely Judicis Ciuitatis Cremnicienſis circa commercium, cui adiacent ſub *a.*) Litterae 16. Aug. 1791. ad Excell. D. Praeſidem datae. 61.) Anonymi Proiectum de regulando quaeſtu Subditorum Ottomannicorum. 62.) Anonymi Proiectum de prohibenda Salis nitri diſtractione. 63.) Proiectum Jacobi Száritii Ciuis Maria-Thereſiopolitani de coniunctione Danubii cum Tibiſco inter Szegedinum, et Bajam. 64.) Proiectum Joan. Weiſz Phyſici in Comitatu Zemplinienſi de erigenda in Dominio Tokayenſi Fabrica chemica. 65.) Proiectum certae Societatis priuatae de erigendo Inſtituto induſtriali. 66.) Proiectum Joſ. Blaskovics Rei ſericeae in Comitatibus Arad, et Békes Inſpectoris circa rem, et fabricam ſericeam. 67.) Proiectum And.

Csicsh

Csicsh Textoris Leutschouienſis de erigenda Domo filatorio - ptochotrophiali. 68.) Proiectum Mich. Pfeiffer Med. D. Késmarkienſis de praeparatione coloris coerulei ex planta Iſatide, ſeu Glaſto. 69.) Fran. Semberger Denunciatio circa fraudes, et impedimenta cocturae Salis nitri. Huic adiacent ſub *a.*) Inſtantia eiusdem ad SS. et OO. Regni diaetaliter congregatos 17. Nouemb. 1790. data. *b.*) Repraeſentatio Comitatus Szabolchenſis de oppreſsione Armorum Praefecturae circa cocturam Salis nitri 18. Nouemb. 1778. Conſilio L. R. ſubmiſsa. *c.*) Comitis Joan. Kállay Salis Nitri Directoris Propoſitio ſuae Regiae Maieſtati an. 1783. porrecta, vna cum copia Reſcripti regii Viennae 9. Decemb. 1780. *d.*) Eiusdem C. Joa. Kállay Deductio notitiae Salis nitri in Hungaria. *e.*) Duplicis ordinis Proiecta de condendo circa liberam Salis nitri productionem, et diſtractionem Articulo. 70.) Anonymi Proiectum circa Sal nitrum naturale. 71.) Diſſertatio Georg. Désy in Comitatu Békeſsienſi Fiſcalis de tollenda vſuraria prauitate, et conſtituendo Fundo publico, cui adiacet ſub *a.*) Decretum Cancellariae Hung. Aul. d. 28. Junii 1792. Num. 6961.

* **Tomo II.** *a.*) Extractus Opinionum, quas diuerſae partim Jurisdictiones, partim Priuati relate ad Obiecta ad cathegoriam Commercii pertinentia ſubmiſerunt Excelſae regnicolari Deputationi in Com-

mer-

mercialibus Peſtini An. 1791. et 1792. *b.*) Proiecta partim Jurisdictionum, partim Priuatorum, quae peculiarem Deputationis in Commercialibus attentionem ad ſe pertraxerunt I. Specifica promouendae Serici culturae adminicula. II. de continuanda ouium hiſpanicarum cultura. III. De erigendis pluribus Schaedarum Bancalium permutatoriis locis. IV. De Depoſitoriis annonae militaribus non per contractus, ſed per liberum concurſum prouidendis. V. De norma facilitandi quaeſtum pecorum. VI. De admodiatoribus macellorum in exteris Prouinciis teſtimonialibus Tribunalis mercantilis prouidendis, ad quantam ſummam iis credi poſſit. VII. de Zemlino fauore liberi portus donando. VIII. de modo prouidendi portam ferream pilottis. IX. De depoſitoriis ad Suniam erigendis. X. De Commercio vini. XI. De Productis Regni Caroloſtadii locandis. XII. De erectione Caſſae Crediti. XIII. De inſtituenda generali inueſtigatione omnium exportationis canalium. XIV. de inducenda machina lini, lanae, et goſſypii deglomeratoria. XV. de propaganda, et perficienda pellium ſzattyán, et Kordovány fabricatione. XVI. De perficienda arte tinctoria. XVII. de erigenda fabrica chymica. XVIII. De erigendo Inſtituto induſtriali. XIX. de Filatorio ptochotrophiali. XX. De Planta iſatide. XXI. De transpoſitione pecuniarum ſecura. XXII. De tractatu commerciali cum exteris. XXIII. De diminutio-

ne

ne Portorii. XXIV. De efsituali Portorio. XXV. De mercibus Leuantinis. XXVI. De mercibus necefsitatis. XXVII. De fchaedis, legitimatione, et vifitatione fornicum.

F. Proiecta varii generis Littorale Hungaricum refpicientia. 72.) Proiectum Statuum Regnorum Dal. Croat. et Sclauon. 73.) Propofitio Gubernii Fluminenfis in obiectis commercialibus. cui adiacent fub *a.*) Motiua Propofitionis cum Tabella pretium mercium ab an. 1784. vsque 1790. Flumine, et Buccari in, et eductarum remonftrante. *b.*) Series Materiarum Confilio L. R. d. 18. Mart. 1780. repraefentatarum. 74.) Informatio Marci Sufanni Gubernio Fluminenfi circa Commercium externum, et internum exhibita die 17. Mart. 1791. cui adiacent fub *a.*) Reflexiones eiusdem per Quaeftiones, et Refponfa. *b.*) Triplicis ordinis Literae eiusdem ad fuam Excellentiam Praefidem vnius de 25. Jan. binae vero d. 29. Maii 1791. Flumine fubmiffae. *c.*) Supplex Patriciorum Libellus, et totius Communitatis maritimae Ciuitatis Fluminenfis, quoad fui incorporationem Comitiis Regni praefentatus. Item Refponfum Ciuitatis Fluminenfis ad Libellum per Nuncios Ciuitatis Segnienfis 1790. Comitiis praefentatum. *d.*) Reflexiones duorum Mercatorum Fluminenfium Vukovich, et Nikolich anno 1791. Gubernio exhibitae. *e.*) Litterae Gubernii Fluminenfis d. 15. Jun. 1791. penes quas haec omnia Excellentifsimo Praefidi fubmif-

missa sunt. 75.) Proiectum dirigentis Hydraulae Gubernialis Antonii Gnab quoad Nauigationem. 76.) Proiectum Tribunalis mercantilis, et Consulatus Maris Fluminensis. 77.) Baronis Gerliczy Proiectum intuitu instituendae vecturisationis per vias commerciales. 78.) Proiectum Joachimi Brudechich mercatoris Fluminensis d. 15. Febr. 1790. de promouendo Commercio, et Nauigatione suae Maiestati exhibitum. Cui adiacent: *a.*) Supplex eiusdem Libellus Comitiis an. 1790. die 26. Octob. exhibitus. *b.*) Alter Libellus aeque Comitiis sub 17. Nouemb. 1790. exhibitus. 79.) Proiectum Josephi Orlando de erigenda Flumine Cassa Crediti; cui adiacent: sub *a.*) Litterae eiusdem ad Excell. D. Praesidem d. 2. Jul. 1791. Flumine datae. 80.) Extractus Actorum Dicasterialium circa petitiones Judaeorum Tergesti, et Carolostadii degentium per suam Celsitudinem regiam Regni Palatinum fine pertractationis horsum communicatorum.

* *G.* Proiecta Portum Segniensem respicientia. 81.) Proiectum Armorum Praefecturae Carolostadiensis, cui adiacent sub *a.*) Missiles eiusdem Armorum Praefecturae ad suam Excellentiam Praesidem Zagrabiae sub 22. Maii 1791. exhibitae. *b.*) Aliae Magistratus Segniensis d. 21. Jun. 1791. ad eumdem Excell. D. Praesidem. 82.) Proiectum commerciale Magistratus militaris Segniensis: cui adiacent sub *a.*) Reflexio-

xiones Armorum Praefecturae Caroloſtadienſis in praemiſſum Magiſtratus Segnienſis Proiectum. *b.*) Relatio Magiſtratus Segnienſis d. 30. Maii 1791. Armorum Praefecturae praeſtita. *c.*) Diſpoſitio Armorum Praefecturae d. 23. Maii 1791. ad Magiſtratum Segnienſem de elaborando Commerciali Proiecto. 83.) Proiectum Math. Demelly Mercatoris Segnienſis, cui adiacent ſub *a.*) Separatae eiusdem Reflexiones. *b.*) Litterae Eiusdem 18. Jun. 1791. cum Atteſtato Medici ad ſuam Excellentiam D. Praeſidem miſſae. 84.) Proiectum Segnienſium ad Diaetam Deputatorum.

* *H.* Proiecta quoad ductum per Danubium. 85.) Proiectum Valentini Gollner Mercatoris Caroloſtadienſis de aperienda noua Commercii via per Danubium ad mare nigrum. Cui adiacet ſub *a.*) Eiusdem Planum erigendae Caeſareo-Regiae Priuilegiatae commercialis Societatis exportandorum Hungaricorum Productorum idiomate lat. et germ. *b.*) Supplex eiusdem Libellus, penes quem praemiſſa Proiecta SS. et OO. Regni Poſonii d. 11. Jan. 1791. praeſentauit. 86.) Proiectum Joannis Ant. Poglayen de Flumine cum Hungaria in perpetuum uniendo. 87.) Proiectum Ant. Gnamb dirigentis Hydraulae. Cui adiacent ſub *1.*) Miſsiles eiusdem d. 26. Jan. 1791. ad D. Excell. Praeſidem. 88.) Reflexiones duorum Mercatorum Fluminenſium Nikolits, ex Vukovits an. 1791. Gubernio exhi-

hibitae. 89.) Proiectum Sabae Vukovits Mercatoris Neoplantensis. 90.) Typis excusum Baronis Vincent. Benzoni Proiectum de inducendo in Hungariam Commercii Systemate.

* *I.* Proiecta de erigendo Regni Fundo Publico. 91.) Extractus Proiectorum per diuersos de constituendo Fundo Regni publico, regnicolari Deputationi in commercialibus exhibitorum. 92.) Proiectum de erectione Fundi Publici Regnicolaris, et Fundationibus speciem Fundi publici redolentibus. 93.) Reflexiones circa Commercialia cuiusdam Anonymi. 94.) Proiectum ad instituendam Cassam Regni publicam. 95.) Reflexiones circa obiecta oeconomico-commercialia per SS. et OO. Dal. Cro. et Slau. elaboratae. 95.) Proiectum C. Joan. Fekete Generalis Vigiliarum Praefecti de Fundo-publico. 96.) Opinio de qualiter, ad effectum deducendo articulo XXI. in praeterlapsa an. 1791. conclusa Diaeta condito circa erectionem, et dotationem Fundi regnicolaris; extat in typo. 97.) Proiectum Baronis Nic. Vay de Aquae Ductibus, conflandoque in hunc finem fundo. 98.) Proiectum de Fundo publico Regni ad inducendum commercium necessario 99.) Proiectum de Fundo publico germanicum. 100.) Versio Proiecti de reddendis nauigabilibus fluuiis, instaurandis viis, ac ducendis canalibus, conflandaque in hunc finem 4. millionum Summa.

tibus, nisi concordatum fuisset, contra Statum R. Catholicum suae Maiestati exhibere voluit. 11.) Responsum DD. Statuum Catholicorum 5. Nouemb. exhibitum. 12.) Oretenus prolata Ablegatorum Transsyluaniae coram sua Maiestate 8. Nouemb. 1646. 13.) Grauamina SS. et OO. Regni Hung. euangelicorum. 14.) Eorumdem Grauamina in negotio Religionis suborta, et C. R. Maiestati porrecta. 15.) Grauamina, quae ad praecedentia pertinent. 16.) Grauamina de an. 1638. 17.) Declaratio DD. Statuum euangelicorum ad IV. Punctum Diplomatis 15. Nouemb. 1646. suae Maiestatis intimis Consiliariis exhibitum. 18.) Proiectum Concordiae per Status Catholicos 18. Nouemb. 1646. Euangelicis exhibitum. 19.) Scriptum de Templis per Catholicos non publicatum. 20.) Supplicatio Statuum euangelicorum 20. Nouemb. suae Maiestati porrecta per DD. Ludou. Nyáry, Georg. Burna, et Jac. Quaestorem. 21.) Decretum suae Maiestatis Statibus euangelicis 5. Decemb. an. 1646. exhibitum. 22.) Informatio Catholicorum circa Grauamina euangelicorum. Videtur esse manea. 23.) Libellus Status Euangelicorum ad Informationem Catholicorum cum eisdem Euangelicis communicatam suae Maiestati d. 8. Decemb. 1646. exhibitus. 24.) Declaratio suae Maiestatis super exhibitis Euangelicorum Grauaminibus d. 22. Decemb. 1646. exhibita. 25.) Supplex Libel-

lus SS. et OO. Euangelicorum 24. Decemb. exhibitus. 26.) Propoſitio, ſecundum quam conformiter ad IV. Punctum Diplomatis contentari poſſet Status euangelicus, 5. Jan. 1647. Perſonali exhibitus. 27.) Extractus Templorum Euangelicorum in Comitatibus Regni Hung. ab an. 1608. inter diſturbia occupatorum, quorum reſtitutione iuxta continentias Diplomatis ſatisfieri poterit Euangelicis d. 17. Jan. 1647. exhibitus. 28.) Catalogus Templorum, ad quae Euangelicis reſtituenda Catholici ſeſe obtulerunt die 26. Jan. 1647. 29.) Exmittenda e Extractu Templorum per Euangelicos poſtolatorum. 30.) Extractus Templorum Statui euangelico reſtituendorum, per ſuae Maieſtatis Commiſſarios 30. Jan. exhibitus. 31.) Extractus Templorum de 1. Febr. quae ab Euangelicis praeter conceſſa reſtitui poſtulantur. 32.) Extractus Templorum Euangelicis vltimatim 12. Febr. 1647. conceſſorum. 33.) Paria Decreti Regii, quo praecipitur, ne plura, quam 90. templa dentur Euangelicis 12. Febr. 1647. exhibitum. 34.) Difficultates circa reſtitutionem Templorum per ſuae Maieſtatis Deputatos complanandae, 13. Febr. Aulae regiae exhibitae. 35.) Declaratio Status Euangelici circa difficultates quarti Puncti in Diplomate regio 14. Febr. 1647. exhibita. 36.) Reſponſio Catholicorum ad Declarationem Euangelicorum 16. Febr. 1647. exhibita. 37.) Vlterior Declaratio DD. Catho-

tholicorum super nonnullis Euangelicorum Postulatis 20. Febr. 1647. exhibita. 38.) Euangelicorum Libellus supplex Imperatori 25. Febr. exhibitus. 39.) Oratiuncula D. Georgii Barna occasione exhibiti Libelli coram Imperatore perorata. 40.) Decretum regium d. 1. Mart. 1647. exhibitum. 41.) Libellus supplex Euangelicorum Imperatori 2. Mart. exhibitus. 42.) Supplicatio Statuum Euangelicorum 9. Mart. 1647. exhibita. 43.) Modus, quo negotium Religionis complanari debeat, 27. Mart. exhibitus. 44.) Puncta accordationis. 45.) Denominatio Compilatorum pro Grauaminibus, d. 5. Aprilis. 46.) Exactores Rationum mediae Tricesimae 6. April. nominati. 47.) Decretum regium 11. Maii perlectum, continens resolutionem ad Puncta SS. et OO. per Nuncios exhibita. 48.) Grauamina Lib. Reg. et Montanarum Ciuitatum DD. compilatoribus praesentata. 49.) Grauamina Nobilium in L. R. Ciuitatibus degentium contra easdem porrecta. 50.) Grauamina Comitatuum Partium Regni Hung. Superiorum S. C. R. Maiestati contra L. R. Ciuitatem Cassouiensem 29. Aprilis 1647. exhibita. 51.) Responsum generale Ciuitatum ad Grauamina Nobilium contra easdem exhibita. 52.) Responsio meritoria L. R. Ciuitatum ad memorata Nobilium Grauamina. 53.) Extractus Grauaminum suae Maiestati exhibendorum contra L. R. Ciuitates 23. Maii. 54.) Grauaminum

ua-

uamina vniuerſorum SS. et OO. Hung. S. C. R. Maieſtati 24. Maii praeſentata. 55.) Grauamina Regnorum Croatiae, et Slauoniae, caeterarumque eisdem adhaerentium Prouinciarum. 56.) Grauamina Epiſcopi, Capituli, ac totius Communitatis Jaurinenſis contra D. Comitem Loci Supremum Generalem, ceterosque Officiales, et Praeſidiarios Confinii Jaurinenſis ſuae Maieſtati praeſentata. 57.) Grauamina Comitatus Scepuſienſis contra Polonos, et Incolas 13. Oppidorum Scepuſienſium quoad limites Regni. 58.) Memoriale L. R. Ciuitatum ſuae Maieſtati quoad ſua Grauamina porrectum. 59.) Examen rationum per Dominos Nobiles contra L. R. Ciuitates adductarum, per D. Vitnyédi pro informatione cum quibusdam Magnatibus communicatum. 60.) Libellus ſupplex Ciuitatis Sopronienſis ad Caeſarum ratione Educilli per Nobiles vsurpati. 61.) Conſiderationes Ciuitatis Caſſonienſis circa Grauamina nonnullorum Comitatuum contra eandem Ciuitatem erecta; ſuae Maieſtati Imperatoriae praeſentatae. 62.) Reſolutio ſuae Maieſtatis ad Grauamina Regnicolarum extradata, et vltima Maii dictata. 63.) Libellus ſupplex L. R. Ciuitatum circa vſurpationem Educilli per nonnullos Nobiles attentatam Imperatori porrectus. 64.) Replica SS. et OO. Regni ad reſolutionem regiam, ſuper grauaminibus emanatam, exhibita, et 2. Junii dictata. 65.) Iterata ſuae

ſuae Maieſtatis Reſolutio ad Grauamina Regnicolarum 3. Jun. extradata. 66.) Supplex Libellus SS. euangelicorum ad Imperatorem contra Jesuitas. 67.) Diploma inaugurale Ferdinandi IV. electi Regis Hung. an. 1647. d. 16. Jun. perlectum, eademque die ante Coronationem per eumdem neo-electum Regem ſubſcriptum. 68.) Ordo Coronationis regiae Ferdinandi IV. ad d. 16. Jun. an. 1647. peragendae praeſcriptus cum ſerie Dapiferorum, et Equitum auratorum. 69.) Articuli, et 70.) Acta diuerſarum Commissionum in hoc exemplari deſunt. 71.) Patentes inſtructionales, et Relatoriae DD. Commiſſariorum d. 31. Octob. 1646. ad reſtituenda Templa, Bonaque ſub diſturbiis occupata per Regiam Maieſtatem exmiſſorum. 72.) Literae Caeſareae patentes Commiſſariis ad Partes vltra Danubium pro executione expeditis datae. 73.) Patentales Litterae ſuae Maieſtatis Commiſſariis ad reſtitutionem Templorum, et Bonorum ſub diſturbiis, et poſtea etiam occupatorum ad Partes Regni Cis-Danubianas 2. Nouemb. 1646. exmiſsis datae. 74.) Inſtructio eisdem data. 75.) Paria Litterarum reſtitutionalium. 76.) Relatio Commiſſariorum Vltradanubianorum ſuae Maieſtati ſuper executione facta d. 20. Nouemb. 1646. 77.) Relatio Cis-Danubialium Commiſſariorum circa executionem Templorum, et reſtitutionem Bonorum. 78.) Inſtructionales, et Relatoriae ali-

aliorum Commiſſariorum ad rectificandos defectus prioris Commiſſionis exmiſſorum. 79.) Decretum Regium ad Praefectum Jaurinenſem ſuper indultu Templi euangelici. 80.) Litterae C. Petri a Zrinio d. 12. April. 1647. circa honorifice excipiendos Commiſſarios. 81.) Relatio ſuper executione 90. Templorum in Comitatibus Vltradanubianis Regni 31. Maii 1647. facta. 82.) Relatio ſuper peracta 90. Templorum executione in Comitatibus Comaromienſi, Barſienſi, Hontenſi, Neogradienſi, Zolienſi et Strigonienſi. 83.) Relatio Commiſſariorum in eodem obiecto ad Comitatus Poſonienſem, Nitrienſem, Trenchinienſem, Thuroczienſem, et Liptouienſem e Diaeta expeditorum.

——— Diaetalia Anni 1649. *Pag.* 90. et Anni 1659. fol. *Pagg.* 284.

* *Continentur:* 1.) Repraeſentatio Statuum ad Imperatorem d. 26. Febr. 1649, qua ad Diaetam inuitatur. 2.) Eiusdem argumenti d. 11. Mart. 1649. 3.) Propoſitiones regiae die 22. Mart. per D. Cancellarium perlectae. 4.) Grauamina 75. vniuerſorum SS. et OO. 5.) Grauamina L. R. ac montanarum Ciuitatum. 6.) Impoſita Ciuitatum d. 30. Mart. pro Honorario Palatinali. 7.) Nomina Compilatorum. 8.) Reſolutio regia d. 22. Maii ad Grauamina. 9.) Replica deſuper SS. et OO. regni.

10.)

10.) Reſolutio regia ad eamdem Replicam. 11.) Vlterior Replica SS. et OO. 12.) Reſolutio regia ſuper eadem. 13.) Complanatio Grauaminum Ciuitatenſium per Palatinum facta. 14.) Breuis enarratio eorum, quae Ciuitates in ſuis Congreſsibus pro defenſione concluſerunt. 15.) Extractus Poſtulati ex parte Catholicorum exhibiti.

* *Cum hoc Exemplari compacta quoque ſunt.*

—— Dietalia Poſonienſia anni 1659. Comitiorum die 21. Julii inchoatorum.

* 1.) Nomina Ablegatorum' Comitatenſium, et Ciuitatenſium ad generalia Regni Comitia pro die 21. Julii 1659. publicata Poſonii congregatorum. 2.) Nomina Deputatorum obuiam ſuae Maieſtati 12. Aug. ad Petronellam occurrentium. 3.) Propoſitiones regiae 22. Aug. SS. et Ordinibus regni extradatae. 4.) Nomina Deputatorum pro compilandis Grauaminibus 23. Auguſti electorum. 5.) Grauamina SS. et OO. euangelicorum ſuae Maieſtati 10. Septembr. praeſentata. 6.) Intercesſionales pro Hungaris, et Bohemis enangelicis ſuae Maieſtati per SS. et OO. religioni euangelicae addictos praeſentatae. 7.) Ad Sereniſs. Principem Leopoldum Wilhelmum, Archiducem Auſtriae, etc. intercesſionalis ſupplicatio pro Hungaris, et Bohemis per SS. et OO. Hung. euangelicos 24. Septemb. ex-

expedita. 8.) Paria Proceſſus per Egregium Nicolaum Mayláth Cauſſarum Regalium Directorem contra Ciues, et Incolas Poſonienſes euangelicos 24. Septemb. ſuſcitati. 9.) Grauamina vniuerſorum Statuum, et Ordinum R. Hung. ſuae Maieſtati 16. Octobr. 1659. praeſentata. 10.) Reſolutio S. C. R. Maieſtatis ſuper grauaminibus vltima Octob. SS. et Ordinibus extradata. 11.) Paria Litterarum Principis Tranſsyl. d. 7. Octob. 1659. ad SS. et OO. Hung. pro auxilio contra Turcam. 12.) Paria Litterarum SS. et OO. Tranſsyl. de 6. Octob. 1659. pro interpoſitione apud Regiam Maieſtatem contra Turcas ad SS. et OO. Hung. exaratarum. 13.) Paria Supplicationis per SS. euangelicos in negotio religionario S. C. R. Maieſtati 3. Nouemb. praeſentatae. 14.) Paria Supplicationis per Euangelicos SS. pro Hungaris Poſonienſibus ſuae Maieſtati 3. Nouemb. praeſentatae. 15.) Replica SS. et OO. Hung. ſuae Maieſtati ad B. Reſolutionem ſuper publicis Grauaminibus die 8. Nouemb. per Deputatos porrecta. 16.) Reſolutio ſuae Maieſtatis ſuper Replica Regnicolarum die 12. Nouemb. extradata. 17.) Replica SS. et OO. Regni iterata ad iteratam ſuper eorumdem grauaminibus Reſolutionem regiam 17. Nouemb. extradata. 19.) Paria Supplicationis SS. et OO. euangelicorum in negotio religionis 28. Nouemb. ſuae Maieſtati praeſentatae. 20.) Articuli DD. Prae-

la-

latorum, Baronum, Magnatum, et Nobilium, caeterorumque SS. et OO. Hungariae, Partiumque eidem annexarum in Generali Conuentu pro 21. Julii 1659. indicto, Posoniique celebrato, conclusi.

——— **Ante-comitialia, et comitialia anni 1659. siue Diarium a 20. Julii vsque 30. Septemb. fol.** *pagg.* **35. Exstat inter** *Fragmenta Diaetalia.* **N. 11.**

——— **Diaetalia Anni 1662. fol.** *Pagg.* **132.**

* *Continentur*: 1.) Narratio breuis rerum actarum vsque 16. Maii ab Ablegato euangelico connotata. 2.) Nomina tum Magnatum, Praelatorum, et Baronum, tum etiam Nomina Ablegatorum in Diaeta anni 1662. existentium. 3.) Actorum vsque vltimam Maii narratiuncula. 4.) Propositiones Regiae. 5.) Relatio rerum vsque 5. Junii gestarum. 6.) Supplex Libellus SS. et OO. euangelicorum in negotio religionis. 7.) Eorundem alter supplex Libellus 12. Junii exhibitus. 8.) Conceptus noui Articulorum in negotio Religionis. 9.) Resolutio regia 1. Jul. 1662. Statibus euangelicis data. 10.) Statuum euangelicorum supplex Libellus in negotio religionis 24. Julii exhibitus. 11.) Supplicationis forma SS. et OO. Hung. euangelicorum in negotio Religionis suae Maiestati 2. Aug. prae-

ſentatae. 12.) Supplex Libellus Statuum euangelicorum in eodem merito ad ſuam Maieſtatem. 13.) Joan. Ferdin. a Portia Litterae ad Palatinum 9. Aug. quoad Euangelicos datae. 14.) Declaratio Statuum euangelicorum 11. Aug. Statibus Catholicis exhibita. 15.) Septima Supplicatio Status euangelici 16. Aug. Imperatori porrecta. 16.) Declaratio Status euangelici quoad praeſentis Diaetae publicationem, et celebrationem, ac inde ſubortas difficultates D. Palatino 29. Aug. exhibita.

—— **Diaetalia Anni 1659. ſeu Verzaichnüſs derer Sachen, ſo vor undt in wehrenden Landt-tage zue Preſsburgk des 1659. Jahreſs von 22. July an biſs zue deſsen ende undt auſsgang ſich begeben haben. fol.** *Pagg.* **190.** *Autographum.*

* *In hoc Libro continentur*: 1.) Euangelicae Communitatis Poſonienſis, e tribus nationibus congregatae Supplicatio ad ſuam Maieſtatem pro ſuis Libertatibus. 2.) Interpoſitio Statuum euangelicorum pro Ciuibus A. C. Poſonienſibus. 3.) Eorumdem altera apud Archiducem Leopoldum Wilhelmum pro iisdem. 4.) Nomina citatorum Ciuium euangelicorum Posonienſium. 5.) Actio contra ciues Poſonienſes an. 1659. 24. Sept. erecta. 6.) Tranſumtum Mandati

ti Leopoldini, quo Ciues A. C. Pofonienfes inhibentur ab erigendo Oratorio, et Turri de 16. Nouemb. 1658. item alterius de 3. Jan. 1659. ac demum tertii de 14. Febr, 1659. pro parte Fifci regii in eodem negotio an. 1659. emanati. 7.) Peroratio ad fuam Maieftatem habita per Jonam Mednányfzky, dum Grauamina in negotio Religionis nomine SS. et OO. euangelicorum praefentarentur. 8.) Supplicatio SS. et OO. euangelicorum apud Archiducem Wilhelmum Leopoldum pro Ciuibus Pofonienfibus. 9.) Nomina Ablegatorum a L. R. Ciuitatibus. 10.) Puncta Fisci Regii emolumentnm tangentia. 11.) Nomina Ablegatorum, et Nunciorum SS. et OO. Regni Hungariae ad an. 1659. Diaetam. 12.) Nouem Propofitiones regiae. 13) Grauamina CVIII. SS. et OO. Regni S. C. R. Maieftati 16. Octobr. 1659. praefentata. 14.) Refolutio regia ad eadem Grauamina. 15.) Replica SS. et OO. ad fuae Maieftatis Refolutionem. 16.) Refolutio regia de 12. Nouemb. ad SS. et OO. Replicam. 17.) Triplica SS. et OO. regni 15. Nouemb. fuae Maieftati praefentata. 18.) Finalis, et vltima Regia Refolutio SS. et OO. Regni data. 19.) Nomina Compilatorum. 20.) Supplex Libellus L. R. Ciuitatum ad SS. et OO. Regni pro tuendis fuis iuribus, immunitatibus, et libertatibus. 21.) Supplicatio SS. et OO. euangelicorum ad C. R. Maieftatem pro de-

defendenda Augustana Confessione vigore Diplomatis Regii.

* *Huic Exemplari adiecta sunt:*

——— Diaetalia A. D. 1662. die 29. Aprilis in Generali conuentu Posoniensi, colligente Martino Nicasy.

* 1.) Narratio historica de initio Comitiorum germanice. 2.) Propositiones regiae. 31. Maii extradatae. 3.) Supplicatio Status euangelici ad suam Maiestatem contra Templorum occupationes, et alias religionis persecutiones. 4.) Nomina Compilatorum. 5.) Supplicatio Ciuitatis Käsmark ad suam Maiestatem contra oppressiones Stephani Thököly. 6.) Nomina tum Praelatorum, Magnatum, Baronum, tum etiam DD. Ablegatorum in Generali an. 1662. Diaeta Posoniensi existentium. 7.) Supplicatio Euangelicorum suae Maiestati praesentata, cum eorundem Grauamina sub Diaeta A. 1662. exhiberentur. 8.) Resolutio regia d. 1. Julii 1665. ad eandem. 9.) Replica ad eandem d. 8. Jul. Status euangelici. 10.) Resolutio regia per Celsiss. Principem a Portia verbotenus facta, et per Deputatos coram Statu euangelico d. 15. Jul. scriptotenus reportata. 11.) Supplicatio quarta Status euangelici suae Maiestati per Deputatos in vigilia S. Jacobi perorante Georg. Berényi praesentata. 12.) Resolutio regia d. 26. Jul. per Principem a Por-

Portia Statibus euangelicis facta. 13.) Peroratio, dum quinta ſupplicatio Status euangelici ſuae Maieſtati praeſentaretur. 14.) Reſolutio regia oretenus data. 15.) Supplicatio quinta Statuum euangelicorum ſuae Maieſtati praeſentata d. 2. Aug. 16.) Quaeſtiones in negotio religionis ſub Generali Regni Diaeta 1662. rebus Euangelicorum circa accommodationem Grauaminum Maieſtati Sacratiſsimae exhibitorum, et ſatisfactionem iuxta Diplomata regia, et Articulos Regni ad extrema vsque conſtitutis. 17.) Reſponſio ad praemiſſas Quaeſtiones. 18.) Rationes, quibus oſtenditur iuſte et legitime factum eſſe a SS. et OO. euangelicis Grauaminum ſuorum immediate Regiae Maieſtati exhibitionem. 19.) Sententia, et opinio Georgii Berényi de Diaeta an. 1662. hungarice. 20.) Ablegatorum L. R. Ciuitatis Késmárkienſis Supplicatio ad Magnif. D. Stephanum Zichy Praefectum Camerae Poſonienſis contra perſecutiones Solnenſis Triceſimatoris conquerentium. 21.) Paria Litterarum hungaricarum Principis Tranſsyluaniae ad SS. et OO. Regni Hung. d. 7. Octob. 1659. pro intercesſione auxiliorum contra Turcas a C. R. Maieſtate praeſtandorum. 23.) Rythmus 25. Stropharum de moeſta Hungaria. 24.) Paria Litterarum Hungaricarum SS. et OO. Transsyluaniae d. 6. Octob. 1662. pro impetrandis a Regia Maieſtate auxiliis, contra

Turcam ad SS. et OO. Hung. diaetaliter congregatos miſſarum.

——— Diaetae generalis per Aug. Imp. D. Leopoldum Dei Gratia electum Rom. Imp. ſemper Auguſtum, ac Germ. et Hung. Boh. etc. Regem, et Archiducem Auſtriae, etc. vniuerſis SS. et OO. Regni pro die 28. Aprilis an. 1681. in Ciuitatem Reg. et Lib. Sopronienſem indictae, et publicatae, breuiter, et ſuccincte vna cum Diario conſignata, nec non Generoſis, Egregiis, Prudentibus item, et Circumſpectis DD. Judici, Magiſtro Ciuium, caeterisque iuratis Aſſeſſoribus Reg. et Lib. Ciuitatis Poſonienſis DD. Principalibus ſuis honorandis in debitae obſeruantiae ſignum per Generoſos DD. Joannem Vizer Ciuem, et Senatorem, et Stephanum Doloczky p. t. Conſulem ad praedicta Comitia Ablegatos Nuncios oblata, conſcripta vero per Joannem Maytán Solnenſem die 22. Jan. 1682. fol. *Pagg.* 776.

* *In his continentur:* 1.) Diarium Actis intermixtum. 2.) Series ad Diaetam co-

conuocatorum SS. et OO. Regni Hung. 3.) Regales Lincio 28. Febr. 1681. emanatae. 4.) Deſignatio S. C. R. Maieſtatis, comitante Aula, Neoſtadio Sopronium, ſolennisque ibidem Ingreſſus ad Comitia regni Hung. an. 1681. 5.) Series Propoſitionis publicae in Comitiis regni Hung. an. 1681. Soproníi. 6.) Breuis, eaque fere extemporalis Aggratulatio, qua S. Rom. Imp. Hung. Regem Leopoldum, SS. et OO. Regni Hung. ad Laytham fluuium, in limite nempe regni per R. Nouienſem Epiſcopum Nic. Balogh die 22. Maii exceperunt. 7.) Propoſitiones Diaetales d. 24. Maii. 8.) Memoriale SS. et OO. ad Maieſtatem quoad candidationem Palatini. 9.) Copia Memorialis ad Primatem a SS. et OO. porrectum pro commendatione praecedentis Memorialis. 10.) Reſolutio regia d. 3. Junii, qua ante candidationem, et electionem Palatini praecipitur conſilium ineundum, de ratione adminiſtrandae accuratius Juſtitiae. 11.) Repraeſentatio Statuum ad hanc Reſolutionem. 12.) Reſolutio regia d. 11. Jun. ad hanc Reſolutionem. 13.) Reſolutio regia d. 15. Jun. de abitu Imperatoris Neoſtadium. 14.) Litterae hungaricae de 7. Maii 1681. exulum Hungarorum ad SS. et OO. Regni. 15.) Litterae hungaricae d. 17. Junii Palatini C. Pauli Eſzterházy ad exules Hungaros. 16.) Litterae hungaricae d. 18. Jun. SS. et OO. ad eosdem. 17.) Memoriale Statuum

ad Imperatorem pro admittenda Archiepiſcopo Georgio Széchényi XIII. Oppidorum Scepuſienſium redemtione. 18.) Memoriale Statuum euangelicorum ſuae Maieſtati in negotio religionis exhibitum. 19.) Credentionales 23. Jun. per SS. et OO. ad Capitulum Poſonienſe iis datae, qui ciſtam originalium Litterarum olim apud Palatinum Veſſelényi, nunc in Conſeruatorio Capituli Poſonienſis exiſtentem, ad Comitia deferendam habebant. 20.) Regeſtum vniuerſarum Litterarum, et Litteralium Inſtrumentorum in Archiuo Regni repoſitarum d. 4. Julii 1681. 21.) Repraeſentatio Statuum d. 9. Jul. quoad accisa Litteralia Inſtrumenta olim apud Palatinum Nádasdi, nunc Cameram exiſtentia, et Regnum concernentia, et quoad Comitem Illesházy, et Oſtffy. 22.) Decretum regium d. 29. Aug. ad SS. et OO. circa accelerationem negotiorum Diaetalium. 23.) Reſponſum Hungarorum exulantium ad SS. ex Congregatione generali in Caſtris ad Pali celebrata 6. Julii datarum, et lingua hungarica concinnatum cum adnexis Paribus Litterarum per eosdem ad Palatinum Hung. ſub eodem dato ſcriptarum. 24.) Grauamina Status Catholici ipsi Statui euangelico in Paribus communicata. 25.) Memoriale SS. euangelicorum contra Replicam Catholicorum d. 31. Jul. 1681. Neoſtadii ſuae Maieſtati praeſentatum. 26.) Litterae Legati extraordinarii Hollandici Statui euangelico

co quoad exules ſcriptae. 27.) Memoriale Status euangelici ad ſuam Maieſtatem in negotio religionis 20. Aug. exhibitum. 28.) Quartum Memoriale in eodem merito Status euangelici ad Imperatorem. 29.) Decretum regium ad SS. et OO. d. 29. Aug. quoad elaboranda Grauamina. 30.) Reſponſum Status euangelici ad Reſidentem Hollandicum d. 30. Aug. quoad exules. 31.) Decretum regium d. 29. Septemb. ad SS. et OO. quoad Grauamina. 32.) Memoriale quintum Status euangelici in platea ad Clauſtrum Franciſcanorum ſuae Maieſtati per D. Gerhard exhibitum. 33.) Grauamina Nobilium contra L. R. Ciuitates, refutata per easdem. 34.) Rationes, ob quas iuxta praetenſionem nonnullorum Comitatenſium Ablegatorum, Ciues R. et L. Ciuitatum, violentias patrantes, ad inſtar Ruſticorum iuri ſtatui nequeant, ac ad formam impenſionis ruſticani conuinci non poſsint. 35.) Paria Litterarum protectionalium per Imperatorem Ciuitatibus, ne in Proceſsibus violentialibus Ciues iuri ſtare teneantur, d. 9. April. 1681. datarum ad Palatinum Veſſelény, Judicem Curiae Nádasdy, Oroſſy Perſonalem. 36.) Supplicatio quarti Status d. 22. Septemb. ſuae Maieſtati exhibita, quoad iuri ſtatutionem Ciuium, ac inductionem vinorum extraneorum. 37.) Replica R. et L. Ciuitatum ad Grauamina certorum Comitatenſium Ablegatorum contra easdem Ciuitates

ſub conditione nona Diplomatis regii poſita. 38.) Altera Ciuitatum poſt praeſentationem Replicae regnicolaris ſuae Maieſtati exhibita Supplicatio. 39.) Manifeſtum Principis Tranſsyluaniae Michaelis Apaffy an. 1681. publicatum. 40.) Publica Regni, Partiumque annexarum Grauamina 7. Septemb. Maieſtati exhibita. 41.) Compendium Grauaminum regnorum Dal. Croat. et et Slauon. ex aliis extractorum. 42.) Reſolutio regia d. 27. Septemb. ad Grauamina. 43.) Reſolutio regia d. 8. Octob. in negotio Religionis. 44.) Replica ad eandem Statuum d. 25. Octobr. praeſentata. 45.) Reſolutio Regia d. 9. Nouemb. ad praemiſſam Replicam. 46.) Reſolutio regia d. 9. Nouemb. in negotio Religionis. 47.) Secundaria Statuum Replica ad ſecundariam Reſolutionem regiam d. 22. Nouemb. 48.) Tertia Reſolutio regia quoad Grauamina d. 28. Nouemb. 49.) Copia nouiſsimae Pacis Turcicae an. 1664. d. 10. Aug. ad pagum Vasvár concluſae. 50.) Tertia Statuum Replica per modum Supplicationis 3. Decemb. facta. 51.) Deſignatio Inaugurationis Imperatricis Eleonorae Magdalenae Thereſiae in Reginam Hung. 52.) Reſolutio regia ad tertiam Replicam d. 4. Decemb. 53.) Memoriale Status euangelici ad ſuam Maieſtatem in negotio religionis. 54.) Memoriale in eodem negotio. 55.) Series peractae d. 9. Decemb. Coronationis Reginae. 56.) Puncta ſuae Ma-

Maieſtati medio Palatini nomine Statuum exhibenda. 57.) Notula de iis, quae nomine ſuae Maieſtatis a D. Palatino Statibus ad propoſita Puncta oretenus proponenda fuerunt d. 10. Decemb. 58.) Memoriale Status euangelici ad ſuam Maieſtatem in negotio Religionis. 59.) Memoriale aliud d. 22. Decemb. exhibitum. 60.) Oratio hac occaſione habita, et Reſolutio Imperatoris oretenus Statui euangelico data. 61.) Reſolutio Regia deſuper d. 22. Decemb. 62.) Vltimum Memoriale Status euangelici ad ſuam Maieſtatem. 63.) Proteſtatio Status euangelici contra inſertionem Articuli in negotio religionis conditi. 64.) Litterae nonnullorum Ablegatorum Status euangelici ad Principem Badenſem 30. Decemb. pro interpoſitione coram Aula Caeſareo regia in negotio religionis exaratae. 65.) Articuli Diaetales.

——— Diaetae interruptae Poſonienſis Anni 1708. colligente Joanne Wohlmuth Ruſtenſi. fol. *Pagg.* 580.

* *Continentur*: 1.) Narratio germanica per formam Diarii concinnata de rebus antecomitialibus, 2.) Credentionales Ciuitatis Ruſtenſis pro Ablegatis ſuis ad Diaetam. 3.) Diarium a 4. Mart. vsque 11. Aprilis germanicum. 4.) Nomina Compilatorum pro Grauaminibus. 5.) Continuatio Diarii a 12. Aprilis vsque 24. Junii

6.)

6.) Ordo, et Methodus, qualiter DD. Commissarii cum benignissimis Propositionibus suae Maiestatis Sacratissimae Vienna venturi per SS. et OO. Regni excipi debeant. 7.) Paria Litterarum a DD. Deputatis ratione suae expeditionis Vienna Posonium missarum 7. Martii 1708. 8.) Paria Memorialis RR. ac Serenifs. Supremi Equestris Ordinis Theutonici Magistri SS. et OO. regni Hung. ad Diaetam congregatis porrecti pro Sessione Diaetali concedenda, 9.) Adiuncta, vel Memoriali huic annexorum argumentorum Synopsis. 10.) Contradictio Principis Palatini Pauli Eszterházy ratione diuenditi, et abalienati Teritorii Jazygum, et Cumanorum coram Capitulo Strigoniensi 16. Maii 1702. interposita. 11.) Bulla Honorii R. Pont. Ordini Teutonico concessa. 12.) Responsoriae d. 8. Mart. 1708. Palatini ad Ablegatos Viennae existentes. 13.) Decretum regium d. 9. Mart. 1708. quo Personali Joanni Horváth Simonczics praesidium in Tabula Statuum defertur. 14.) Memoriale Tricesimatorum Ant. Palugyai, et Fran. Sigray ad Proceres, et SS. ac OO. pro concedenda Sessione in Diaeta. 15.) Memoriale Tricesimatorum Hung. alterum in eodem merito. 16.) Memoriale tertium Comitatus Posoniensis in eodem merito. 17.) Series Caeremoniarum, quibus excipi debeant DD. Commissarii Caesarei. 18.) Copia Litterarum suae Maiestatis credentionalium suis

ſuis Commiſſariis traditarum. 19.) Copia Litterarum ſuae Maieſtatis d. 26. Mart. 1708. ad Palatinum ſuper danda Seſsione Nuncio Abbatis Henricouienſis, et Sircienſis. 20.) Copia Propoſitionum regiarum per Commiſſarios 4. Aprilis in Seſsione productarum. 21.) Copia Memorialis ad ſuam Maieſtatem, de officio Perſonalis haud modo prouiſorio adminiſtrando. 22.) Memoriale Stephani Akay, Ablegati Sereniſs. Sabaudiae Ducis Eugenii pro Seſsione inter Status. 23.) Memoriale ad ſuam Maieſtatem circa Diurna Tabulae Regiae Aſseſſoribus pendenda. 24.) Patentales Regiae d. 20. Januar. 1706. quibus Status, et Ordines ſecuri redduntur de iurium ſuorum conſeruatione. 25.) Opinio SS. et OO. regni in fidelitate erga ſuam Maieſtatem perſiſtentium ad Mandatum regium quoad Guarantiam, Principatum Tranſsyluaniae, et nonnulla alia Puncta. 26.) Diploma inaugurale Joſephi I. d. 18. Decemb. 1687. 27.) Catalogus Praelatorum, Magnatum, Supremorum Comitum, et Baronum. 28.) Repraeſentatio Regnicolarum circa Puncta conditionum in Diplomate regio inaugurali. 29.) Similis Repraeſentatio quoad idem obiectum cum Grauaminibus vniuerſalibus. 30.) Grauamina SS. et OO. Dal. Croat. et Slau. an. 1708. Poſonii in generali Diaeta I. R. H. pro 29. Febr. indicta, propoſita. 31.) Grauamina L. R. Ciuitatum. 32.) SS. et OO. Regni Re-

Replica ad Refolutionem regiam fuper Grauaminibus. 33.) Replica altera ad Benignas particulares Refolutiones.) 34.) Ad Benignas fuae Maieftatis Sacratifsimae erga demiffa fidelium eiusdem regnorum Dal. Croat. et Slau. SS. et OO. occafione an. 1708. inchoatae, et in an. 1709. continuatae, actualiterque decurrentis Diaetae fuppliciter propofita, et porrecta Grauamina, clementer fubfecutas Refolutiones in omni debita homagiali fubiectione concinnata Replica. 35.) Refolutio regia ad Grauamina fub priori Diaeta exhibita. 36.) Repraefentatio SS. et OO. de profcriptione Rákoczii. 37.) Refolutio regia d. 19. Jun. 1709. de profcriptione Rákoczyana. 38.) Decretum fuper profcriptione Rákoczianorum. 39.) Repraefentatio fuper Decreto profcriptionis. 40.) Refolutio regia d. 14. Julii 1709. ad praecedentem Repraefentationem. 41.) Profcriptionalium copia. 42.) Tabularis determinatio latae Sententiae, et Dilucidatio Caufae Decimarum an. 1693. Tyrnauiae. fub Judiciis extraordinariis facta. 43.) Opinio I. Tab. Reg. caeterorumque Regni Judicum ordinariorum de eo: utrum Bona Nobilium rebellium in Fundis rufticanis exiftentia per Notam infidelitatis ad Fifcum regium, vel vero ad Dominos Terreftres deuoluantur? fecundum Leges Regni Hung. anno 1673. et 1674. fuae Maieftati Sacratifsimae data. 44.) Memoriale L. ac R. montanarum Ciuitatum ad fuam Ma-

Maieſtatem contra Nobiles directum. 45.) Memoriale Nunciorum e L. R. Ciuitatibus ad ſuam Maieſtatem de praeiudiciis per Nobilitatem illatis conquerentium. 46.) Eorundem Nunciorum alterum Memoriale. 47.) Reſolutio Regia ad Replicam ſuper Grauaminibus, d. 20. Jan. 1710. 48.) Replica SS. et OO. regni ad ſecundam ſuper Grauaminibus Regiae Maieſtatis Reſolutionem.

—— Diaetalia annorum 1708 — 15. per Ferdinandum Dobner L. R. que Ciuit. Sopron. Senatorem et Ablegatum collecta et conſcripta. Voll. 2. in fol. *pagg.* Vol. I. 506. Index p. 38. Vol. II. 175. Index *pag.* 18.

—— Diaetae Tranſsyluaniae de anno 1725. fol. *pagg.* 48.

* Extat inter *Fragmenta Diaetalia* Num. 13.

—— Diaetae Poſonienſis anni 1728. et 1729. Tomi II. fol. *pagg.* Tom. I. 446. II. 499.

* Tom. I. *Continerur* 1.) Diarium a 17. Maii vsque 22. Decemb. an. 1728. et a 3. Januar. vsque 27. Septemb. an. 1729. a quopiam priuato conſcriptum. 2.) Pro

Promemoria quoad reambulationem metarum versus Auſtriam per Commiſſarios Regios propoſitum. 3.) Deciſio Statuum ad idem Promemoria de 14. Junii. 4.) Concluſum Statuum de 22. Jun. vbi Commiſſarii cum Archiducatus Auſtriae Commiſſariis concertiationem inituri, ac Diaetae Relationem facturi denominantur. 5.) Aliud SS. et OO. concluſum de 22. Jun. ne Commiſſarii in aliquem Tractatum ſe immittant Aulici Commiſſarii nominationem ſuae Maieſtatis arbitrio relinquentes. 6.) Mandatum Regium de 23. Junii an. 1728. ad SS. et OO. praecipiens, vt Diaeta intra legalem terminum finiatur, priuata vero cum publicis neutiquam commisceantur. 7.) Decretum Commiſsionis Regiae de 30. Junii, quo iubentur SS. et OO. circa Quantum contributionale ſe declarare, et conſultationes ſuas ita ordinare, vt dum Deliberata inferioris Camerae apud ſuperiorem referuntur, aliae Materiae per Deputationem digeſtae in Camera inferiori proponantur. 8.) Decretum Eiusdem de 7. Julii, quo petitur declaratio quoad Quantum contributionale a Camera inferiori, poſteaquam eius neceſsitatem Camera ſuperior iam agnouit. 9.) Reſolutio eiusdem Commiſsionis d. 16. et 17. Aug. 1728. Deputationi ratione gratuitorum laborum, et Regulamenti militaris data. 10.) Promemoria Commiſsionis 21. Aug. datum, inſiſtentis Quanto in 2556652. fl. praeſtando. 11.) Eiusdem Commis-

missionis Resolutio in eodem merito ex Sessione 26. Aug. data. 12.) Iterata eiusdem Commissionis Resolutio d. 27. Aug. 13.) Altera Resolutio d. 28. Aug. data Deputationi regnicolari. 14.) Protocollum Sessionis d. 31. Aug. 1728. per Commissionem Regiam cum Deputatione regnicolari habitae. 15.) Decretum Commissionis regiae de 2. Septemb. 1728. circa suspendendam tantisper ablegationem ad Regiam Maiestatem. 16.) Relatio Deputatorum ad metalem Causam cum Austriacis controuersam ordinatorum de 9. Septemb. 17.) Resolutio regia sub expeditione Commissionis d. 10. Septemb. 1728. de Quanto contributionali in duobus millionibus, et quingentis millibus florenorum defixo. 18.) Resolutio Commissionis Regiae ex Sessione 15. Septemb. cum Deputatione regnicolari in eodem merito celebrata. 19.) Eiusdem Resolutio in Sessione 18. Septemb. cum Deputatione regnicolari in eodem negotio considentis. 20.) Responsum Commissionis ad decem Puncta circa Regulamentum militare a Statibus proposita. 21.) Rationes, et Motiua, quibus ostenditur, quod Nobilibus in aliorum terris absque indultu Domini Terrestris venari non liceat. 22.) Intimatum Commissionis Regiae ad SS. et OO. de 25. Septemb. 1728. circa adornandam Conscriptionem, et Connumerationem Portarum. 23.) Protocollum Sessionis per Commissionem Regiam cum Deputati-

one regnicolari 30. Septemb. habitae. 24.) Intimatum Commissionis Regiae d. 1. Octob. 1728. adurgens vltro Ideam Conſcriptionis. 25.) Relatio C. Joſ. Eszterházy hungarice facta nomine Deputationis, *inſinuatur quidem, ſed ſpatio pro ea inſcribenda relicto, in his Actis deſideratur.* 26.) Replica ad rationes pro reſtrictione liberae venationis poſitas *perinde tantum inſinuatur, quin Actis inſerta habeatur.* 27.) Reſolutio regia ad inſtantiam per Ablegatos ſuae Maieſtati quoad modificationes aliquas in Regulamento militari ſubmiſſam medio Commissionis Regiae 7. Octobr. 1728. expedita. 28.) Copia Ordinum per Conſilium Bellicum ad Militiam circulariter 30. Septemb. expeditum, ne vltra Regulamentum aliquid exigere audeat. 29.) Nota de lignis focalibus in 3897. orgiis, et 12960. libris candelarum per Regnum annue praeſtandis. 30.) Protocollum Sesſionis a Commissione Regia cum Deputatione regnicolari 9. Septembr. 1728. habitae. 31.) Dislocatio militiae in regno. 32.) Dislocatio per Status apud Commissionem modificata. 33.) Protocollum Sessionis Commissionis regiae cum Deputatione regnicolari 20. Octob. habitae. 34.) Protocollum Sessionis de 22. Octobris. 35.) Item de 23. Octobr. 36.) Item de 26. Octob. 36.) Relatio Sessionis cum Commissione Regia per Deputationem regnicolarem celebratae. 38.) Relatio Ablegatorum ad ſuam Maie-

ſta-

ſtatem pro peragenda Natalis aggratulatione exmiſſorum oratore Episcopo Agrienſi. *deſideratur, eidemque inſcribendae ſpatium relictum eſt.* 39.) Inſinuatio Commiſſariis Regiis 8. Nouemb. Viennam diſcedentibus ſine negotii Contributionalis, et Conſcriptionalis a Statibus facta. 40.) Reſolutio Regia de 24. Nouemb. 1728. intuitu petitae Imputationis. 41.) Nota circa Quarteria iuxta Reſolutionem regiam Commiſſariatus bellici Officiolatui per Hungariam aſsignanda. 42.) Reſolutio regia de 24. Nouemb. 1728. reſpectu Ideae, et Rubricarum in Conſcriptione. 43.) Relatio Seſſionis d. 11. Decemb. apud Commissionem regiam celebratae. 44.) Reſponſum Commissionis Regiae quoad gratuitos labores d. 13. Decemb. 1728. 45.) Relatio Deputationis de Sessione 16. Decemb. apud Commissionem regiam habitae. 46.) Proiectum Deputationis quoad repartitionem Quanti d. 17. Decemb. 1728. 47.) Relatio Deputationis de Sessione cum Commissione regia 18. Decemb. celebrata. 48.) Alia Seſſionis 20. Decemb. 49.) Reſolutio regia medio Commissionis d. 21. Decemb. quoad feriarum Natiuitatis Dominicae vsque 16. Febr. extenſionem. 50.) Relatio Deputationis de Sessione ſecunda cum Commissione regia 20. Decemb. 1728. reiterata.

* **Tom. II.** *Continentur*: 51.) Diarium Diaetae 1729. a 3. Januar. vsque 27. Septemb. 52.) Repraeſentatio A. et H. Confesſio-

ſioni addictorum ad formam Inſtantiae in negotio relionis reducta. 53.) Reſolutio regia ad Inſtantiam 5. Martii Commissioni exhibitam 6. Aprilis medio Commissionis data, vt centuriae 25. in Locis militaribus vsque 1. Jun. maneant; quod in ſale, lignis, et candelis a 1. Nouemb. 1728. in natura praeſtitum, ex Caſſa militari Contribuentibus bonificetur. 54.) Replica in puncto idealis negotii ſuae Maieſtati ſubmiſſa menſe Aprili 1729. 55.) *Decretum Regium, et annexum Scriptum memoratur tantum, relicto pro deſcriptione ſpatio.* 56.) Repraeſentatio, qua Status petunt, Replicam Num. 54. expoſitam benigne examinari. 57.) Relatio Deputationis de Sessione 12. Maii apud Commissionem regiam habita. *Non eſt integra; Reſponſum enim Commiſſariorum deſideratur.* 58.) Relatio Deputationis de Sessione apud Commissionem regiam 17. Maii celebrata, de eo, quod onus fundo inhaerere non posſit. 59.) Relatio de Sessione cum eadem Commissione 19. Maii habita, continens Reſponſum Commiſſariorum ad Num. 58. 60.) Relatio de Sessione cum eadem 23. Maii habita, in qua Reſponſum Statuum ad Num. 59. Commissioni Regiae exhibitum continetur. 61.) Relatio Deputationis de Sessione cum Commissione regia 27. Maii iterum in puncto contributionali fundo imponendi celebrata. 62.) Diſcursus, et extra ordinem a Commissione regia pro-

po-

pofitae confiderationes fuper Scripto Statuum 2. Junii ad fuam Maieftatem directo. 63.) Relatio Deputationis de Sessione cum regia Commissione 15. Jun. celebrata intuitu formandae ad fuam Maieftatem Inftantiae, ne onus fundo inhaereat. 64.) Decretum regium de 17. Jun. 1729. quo Status monentur, vt abftrahendo a Confcriptionis puncto interimalem proportionem elaborent. 65.) Repraefentatio Statuum ad Decretum de 23. Jun. 1729. petentium, ne onus inhaereat fundo, nec Confcriptio alias, quam cum modificationibus in Diaeta factis peragatur. 66.) Decretum Regium d. 15. Jul. ad hanc Repraefentationem punctatim affumtam. 67.) Refolutio regia ad. 30. Julii 1728. fubmiffa Grauamina de 22. Junii 1729. 68.) Relatio Deputationis de Sessione 2. Aug. cum Commissione regia habita. 69.) Mandatum regium de 29. Mart. vt cum Commiffariis quoad puncta Repraefentationis 5. Mart. exhibitae tractetur. 70.) Repraefentatio SS. et OO. ad Imperatorem d. 23. Junii quoad innouationes, foluta Diaeta, haud faciendas. 71.) Declaratio Commissionis regiae de 8. Aug. coram Deputatione de pluribus materiis, et vt a formula Juramenti Decretalis praefcindatur. 72.) Relatio Deputationis 11. Aug. habitae de Sessione cum Commissione Regia. 73.) Decretum regium de 9. Aug. ad SS. et OO. de Juramenti quaeftione in ftatu quo relinquenda. 74.)

Relatio Deputationis de Sessione apud Commiſſarios regios 8. Aug. celebrata, diſſuadentes in negotio iuramenti recurſum ad Thronum regium. 75.) Relatio Sessionis 14. Aug. habitae, in qua Commiſſarii regii rogati fuerunt de negotio Juramenti ad ſuam Maieſtatem promouendo. 76.) Repraeſentatio Statuum ad Imperatorem quoad Juramentum per A. et H. C. addictos deponendum. 77.) Decretum regium de 16. Aug. quoad gratuitos labores. 78.) Opinio Procerum de migratione Colonorum. 79.) Opinio SS. et OO. intuitu arcendae migrationis. 80.) Series denunciationis per Deputationem 23. Aug. quoad gratuitos labores factae, et accepti reſponſi. 81.) Decretum regium de 11. Aug. quoad Conſcriptionem. 82.) Decretum Commissionis regiae de 31. Aug. quoad erigendas Caſarmas. 83.) Decretum regium de 31. Aug. quo demandatur Statibus ſubmittendum votum quoad Sessionem Patribus Soc. Jesu concedendam. 84.) Decretum regium de 2. Maii in eodem negotio. 85.) Inſtantia Fran. Kirich, et Fran. Fassing de loco Sessionis poſt Capitula, et Infulatos assignando. 86.) Series denunciationis per Deputationem regnicolarem Commissioni regiae 31. Aug. factae, ne aliquid quoad gratuitos labores inarticuletur. 87.) Intimatum Commissionis regiae de 1. Septemp. in eodem merito. 88.) Series denunciationis per Deputationem in Sessione

2.

2. Septemb. cum Commissione Regia quoad gratuitos labores factae. 89.) Series denunciationis ex Sessione 9. Septemb. apud Commissionem habita de gratuitis laboribus. 90.) Proiectum de modo redimendi gratuitos labores. 91.) Denunciatio, et Proiectum articulare quoad gratuitos labores 15. Septemb. apud Commissionem Regiam propoſitum. 92.) Denunciatio 24. Septemb. 1729. Commissioni regiae facta quoad exclusos a Sessione Stephanum Keneſſey Weſzprimienſem, et Sam. Bohus Peſthienſem Ablegatos Comitatenſes. 93.) Repraeſentatio ad Imperatorem in eodem merito facta.

* *Praeterquam, quod Diarium non ſit publicum, ſed alicuius priuati, deſiderantur in his Actis Propoſitiones Regiae, Grauamina, Mandatum regium quoad Pasquillum:* Nympha Hungarica, *alterum de reſtituenda excluſis Sessione, Labores Deputationis iuridicae, plura Decreta Commissionis Regiae, et plerique Libelli ſupplices.*

—— Diaetae Poſonienſis Annorum 1728. et 1729. prout publice dictata fuerunt, cum Protocollis Sessionum apud Excelſam Commissionem Regiam celebratarum a Comitatus Strigonienſis Ablega-

tis Lad. Barinay, et Alexand. Rötth Incl. Vniuersitati praeſentata. fol. *Pagg.* 554.

* *Continentur:* 1.) Relatio Ablegatorum d. 19. Decemb. 1729. 2.) Litterae Regales Caroli VI. d. 1. Mart. 1728. 3.) Inſtructio Comitatus Strigonienſis Ablegatis 7. Maii 1728. data. 4.) Reſcriptum Regium d. 9. Maii 1728. quo denominatio Commiſſariorum regiorum, et Ordo eosdem excipiendi ſignificatur. 5.) Ordo excipiendi Commiſſarios regios ad Diaetam generalem SS. et OO. regni exmiſſos. 6.) Extractus Diarii Diaetalis de 24. Maii. 7.) Credentionales Commiſſariorum regiorum d. 17. Maii. 8.) Propoſitiones Regiae d. 17. 1728. 9.) Reſponſio Statuum ad Propoſitiones regias, et Grauaminum Repraeſentatio d. 30. Jul. 10.) Scriptum Commissionis regiae, quo SS. et OO. ad negotia Diaetalia acceleranda monentur d. 9. Aug. 11.) Reſponſum Commissionis regiae d. 4. Aug. 1728. ad praeſentatam de Quanto Contributionali SS. et OO. Inſtantiam. 12.) Diarium, ſeu Protocollum Commissionis Regiae cum Deputatione regnicolari ad pertractanda negotia ordinata a 13. vsque 17. Aug. 13.) Reſolutio Statuum finalis de Quanto contributionali. 14.) Reſponſum Commissionis regiae quoad imputationes. 15.) Decretum regium d. 21. Aug. quo SS. et OO. monentur terminare Contri-

tributionale, et ratione Ideae tractare cum Commissione regia. 16.) Protocollum Commissionale de 26. Aug. vsque 2. Septemb. 17.) Scriptum Comiss. Reg. d. 10. Septemb. quoad facilitationem Quanti. 18.) Protocollum eiusdem Commiss. a 15. vsque 18. Sept. 19.) Scriptum eiusdem Commissionis d. 25. Sept. 1728. in merito Contributionali. 20.) Protocollum Commissionale a 30. Septemb. vsque 2. Octob. 21.) Inſtantia SS. et OO. regni ad ſuam Maieſtatem quoad Quantum contributionale. 22.) Memoriale eorumdem ad Principem in merito eodem. 23.) Scriptum Commissionale d. 7. Octob. in eodem merito. 24.) Copia Ordinum per Conſilium bellicum 30. Septemb. 1728. ad militiam in Hungaria circulariter expeditorum. 25.) Protocollum Commissionale de 19. et 20. Octob. 26.) Dislocatio Militiae pro an. 1729. 27.) Protocollum Commissionale a 22. vsque 30. Octob. 28.) Repraeſentatio Statuum quoad Quantum contributionale d. 29. Octob. 1728. 29.) Relatio Deputationis 29. Nouemb. 1728. Commiſſarios regios Vienna reduces ſalutantis. 30.) Reſolutio regia d. 24. Novemb. intuitu Quanti contributionalis, et imputationum fauorabilis. 30.) Quarteriorum pro Commiſſariis bellicis deſignatio. 32.) Reſolutio regia d. 24. Nouemb. quoad Ideam conſcriptionis. 33.) Series denunciationis ex Sessione Commissionis regiae 7. Decemb.

 ce-

celebrata. 34.) Reſcriptum Commiſsionis Regiae d. 13. Decemb. quoad labores gratuitos. 35.) Proiectum pro eruenda interimali Portarum rectificatione. 36.) Series denunciationis ex Sessione 17. Decemb. apud Commiſſarios regios habita. 37.) Determinatio Regni intuitu Proiecti deputationalis. 38.) Protocollum Commissionale de 19. et 20. Decembr. 39.) Scriptum notificatorium Commissionis regiae d. 21. Decemb. reſpectu respirii finalis Statibus concessi. 40.) Inſtantia Statuum de 5. Mart. 1729. in qua grates aguntur ſuae Maieſtati, quod exolutionem ſalis, et lignorum in aerarium ſuum aſſumere, et 25. Compagnias cum Stabo ad loca militaria translocare dignata ſit. 41.) Scriptum Commissionis Reg. d. 29. Mart. 1729. quo Statibus iuriſtitium indulgetur. 42.) Repraeſentatio, qua Status ſuae Maieſtati remonſtrant Nobilium a contribuendo immunitatem. 43.) Rubricae Conſcriptionis. 43.) Decretum regium d. 26. April. 1729. quo monentur Status amplecti cum Commissione regia tractatum quoad Ideam Conſcriptionis. 44.) Scriptum Commissionis regiae Decreto regio conforme. 45.) Inſtantia SS. et OO. deprecatoria d. 12. Maii 1729. ad praemiſſum Decretum regium. 46.) Protocollum Commissionale d. 12. Maii vsque 2. Junii. 47.) Diſcurſus, et extra ordinem a Commissione regia propoſitae Conſiderationes ſuper Scripto Statuum ad ſuam Maie-

ieſtatem 2. Junii directa. 48.) Series Denunciationis d. 14. Jun. circa Ideam Conſcriptionis. 49.) Reſolutio regia d. 17. Jun. ad praemiſſam Denunciationem. 50.) Inſtantia Statuum d. 23. Jun. ad praemiſſam Reſolutionem regiam interuenta medio Ablegationis praeſentata. 51.) Extractus Legum. 52.) Dictio Deputationis regnicolaris in Audientia 27. Jun. habita. 53.) Reſolutio regia d. 15. Jun. 1729. intuitu Ideae. 54.) Reſolutio regia d. 22. Junii intuitu Poſtulatorum. 55.) Series Denunciationis diei 2. Auguſti an. 1729. 56.) Reſponſum Commissionis Regiae ad eandem. 57.) Mandatum regium d. 29. Mart. 1729. quo iubentur Status vltro cum Commiſſariis tractare. 58.) Inſtantia Statuum d. 30. Julii, qua remonſtratur genuinum Libertatum ſenſum explicatum eſſe per Consuetudinem. 59.) Protocollum Commissionale d. 4. Aug. circa gratuitos labores. 60.) Continuatio Grauaminum Regni d. 30. Julii 1729. 61.) Protocollum Commissionale d. 8. Aug. 62.) Denunciatio d. 10. Aug. in qua Status deprecantur aliam Ideam, et Conſcriptionem. 63.) Mandatum regium d. 9. Aug. intuitu conuictorum Acatholicorum. 64.) Series denunciationis die 11. Aug. 65.) Series denunciationis d. 14. Aug. circa Juramentum decretale. 66.) Repraeſentatio SS. et OO. ad ſuam Maieſtatem d. 13. Aug. in eodem negotio. 67.) Scriptum Commissionis regiae d. 16. Aug.

Aug. quoad redemtionem laborum gratuitorum. 68.) Series denunciationis diei 22. Aug. in eodem negotio. 69.) Reſponſum Commissionis Regiae ad eandem denunciationem. 70.) Reſolutio iterata d. 11. Aug. 1729. intuitu Ideae, per quam Recursus etiam vlterior praecluditur. 71.) Series Denunciationis d. 26. Aug, in materia Juramenti. 72.) Reſponſum Commissionis regiae ad eandem d. 27. Aug. 1729. et Scriptum Commissionis Regiae d. 3. Aug. de dislocatione militiae. 73.) Scriptum eiusdem Commissionis d. 31. Aug. de Sessione Jesuitis concedenda. 74.) Mandatum regium d. 2. Maii in eodem negotio. 75.) Inſtantia Ablegatorum Soc. Jesu in eodem negotio. 76.) Series Denunciationis d. 31. Aug. quoad Contributionalia. 77.) Inſinuatum Commissionis regiae d. 1. Septemb. quoad gratuitos labores. 78.) Protocollum Commissionale de 2. et 9. Septemb. in eodem obiecto. 79.) Reſolutio regia d. 10. Septemb. ad Poſtulata Regni. 80.) Series denunciationis de 15. Septemb. cum modificationibus Commissionis, et labore Statuum quoad punctum de gratuitis laboribus, articulumque deſuper Regulamento inſerendum. 81.) Protocollum Commissionale de 21. et 24. Septemb. 82.) Inſtantia SS. et OO. ad ſuam Maieſtatem contra Ablegatos acatholicos. 83.) Protocollum Commissionale d. 29. Sept. vsque 3. Octob. 84.) Declaratio Statuum quoad modi-

dificationes Excelſae Commissionis in proiectato articulo de gratuitis Laboribus. 85.) Protocollum Commissionale d. 9. Octobr. cum Notis marginalibus ad Articulum de gratuitis laboribus. 86) Aliud de 14. et 15. Octobr. de Regulamento, de Quanti repartitione, et Sale. 87.) Inſtantia Statuum ad ſuam Maieſtatem intuitu Salis Nitri. 88.) Repraeſentatio d. 15. Octob. in puncto Inſtantiae circa Proceſſus Kis-Honthenſis coniunctionem cum Comitatu Neogradienſi. 89.) Repraeſentatio d. 18. Octob. intuitu querelarum Comitatus Bacsienſis, et Ciuitatis Szegedinenſis. 90.) Litterae Statuum d. 18. Octob. 1729. ad Commiſſarios Regios Viennam ſcriptae, quibus rogantur pro interpoſitione coram throno regio quoad negotia diaetalia. 91.) Specificatio Praeſidiorum in Hungaria. 92.) Decretum regium de 23. Octob. 1729. quoad remiſſos Articulos. 93.) Series Articulorum pro ratificatione ſuae Maieſtati ſubmiſſorum. 94.) Repraeſentatio d. 2. Octob. Reflexionum quoad Poſtulata Hungariae, item Croatiae. 95.) Reſponſum regium d. 23. Octob. ad praemiſſos Articulos. 96.) Modificationes Articulorum. 97.) Protocollum Commiſſionale d. 25. Octob. vsque 14. Nouemb. 98.) Decretum regium d. 20. Nouemb. de ratihabitione Articulorum. 99.) Acta circa metalem Controuerſiam inter Regnum Hungariae, et vicinam eidem Prouinciam Auſtriam, vigentem de an.

1728.

1728. cum Litteris, Decretis, Allegationibus, Referadis, et Inſtrumentis Litteralibus. 100.) Relatio, et Opinio Deputationis ad reformandum Vectigal Triceſimale, ſtabilienda item vel tollenda Telonia, exigendumque moderatum Tributum an. 1723. ordinatae ſub Diaeta an. 1729. dictata. 101.) Conſiderationes circa Statum Teloniorum ex art. 15. 1715. et aliis legibus praecedentibus occurrentes. 102.) Grauamina V. Cleri R. Hung. partiumque eidem annexarum. 103.) Grauamina Croatiae. 104.) Reſolutio regia d. 24. Septemb. ad grauamina, et poſtulata V. Cleri. 105.) Inſtantia Statuum de 20. Nouemb. 1729. reſpectu Commiſſionis neoacquiſticae. 106.) Inſtantia eorumdem d. 20. Nouemb. reſpectu Reambulationis metarum. 107.) Articuli iuridici ſuae Maieſtati transmiſſi. 108.) Articuli DD. Praelatorum, Baronum, Magnatum, et Nobilium, caeterorumque SS. et OO. Regni Hungariae, Partiumque eidem annexarum in Generali eorundem Conuentu pro die 17. Mens. Maii an. 1728. in Lib. Regiamque Ciuitatem Poſonienſem indicto, et continuatiue celebrato concluſi. 109.) Opus intuitu Proceſſus Criminalis per Deputationem eatenus ordinatam concinnatum ob vrgentiora negotia autem absque reuiſione relictum. 110.) Relatio, et Opinio Deputationis pro adinueniendo, et elaborando Fundo ad inſtaurandam publicam oeconomiam Regni neceſſario ſub gene-

nerali I. Regni huius Diaeta An. 1728. celebrata ordinatae d. 12. Augusti 111.) Puncta pro instituendo arendatitio quaestu pecorum deseruientia. 112.) Specificatio Mechanicorum, et. Opificum in regnum Hung. vocandorum. 113.) Patentales Caroli VI. in fauorem exterorum Opificum, qui in Hungaria sedem figere volunt, emanatae. s. a. et d.

—— Diaetalia, seu Comitiorum Posonienfium pro die decima septima Mensis Maii Anno, qVo INIMICas sIbI pLeIaDes patIens LVXerat pannonIa, indictorum, in stylum redacta, dieque praemissi mensis 22. publice dictari coepta, vt sequitur. fol. *Pagg.* 240.

* 1.) Rescriptum regium de Commissariis ad Diaetam denominatis, et rite excipiendis d. 9. Maii 1728. 2.) Ordo excipiendi Commissarios regios ad generalem Diaetam pro exhibendis benignis regiis Propositionibus in medium SS. et OO. Posonium exmissos. 3.) Credentionales pro Commissariis Regiis d. 17. Maii 1728. 4.) Propositiones regiae d. 17. Maii 1728. 5.) Replica Statuum ad Propositiones regias d. 30. Jul. 1728. Responsum Excelsae Commissionis regiae d. 30. Jul. 1728. 6.) Responsum Excelsae Commissionis Regiae d. 4. Aug. 1728. 7.) Resolutio regia super oblato medii tertii millionis Quanto. 8.)

Re-

et Sclau. 2.) Art. 31. 1715. caſſans Conuentum Roſenbergenſem. 3.) Mandatum Caroli VI. d. 15. Nouemb. 1715. ad Comit. Liptouienſem, quo Praedicantes extra loca articularia inhibentur ab exercitio religionis. 4.) Literae d. 14. Mart. 1716. Archiepiſcopi Strigon. ad Comit. Gömörienſem, vt Euangelici locum Berzéthe adire prohibeantur, ſi articularis non eſt. 5.) Indorſata Archiepiscopalis d. 24. April. 1716. per quam Rosnauienſes Berzéthe adire prohibentur. 6.) Reſcriptum Cancellariae Hung. d. 15. Jun. 1716. ad Conſilium bellicum de Oratorio, et Miniſtro euangelico Trenchinienſibus admittendo. 7.) Mandatum Carolinum d. 10. Jul. 1716. de prouentu ſtolari Plebanis per Euangelicos praeſtando. 8.) Reſcriptum Cancellariae Hung. d. 29. Octobr. 1716. quo V. Comes Comit. Comaromienſis ab eiiciendis Praedicantibus ſuperſedere, et de templis Euangelicorum informationem praeſtare iubetur. 9.) Explanatio Carolina d. 14. Nouem. 1616. Articuli 26. 1681. quoad negotium religionis in confiniario oppido Weſzprém. 10.) Reſcriptum Cancellariae Hungaricae d. 22. Jan. 1717. ad Comitat. Strigonienſem de conſeruandis vsque vlteriorem diſpoſitionem euangelicis in exercitio religionis. 11.) Carolina explanatio d. 9. April. 1717. vberior art. 26. 1681. caſſans exercitium regilionis in oppido Weſzprém. 12.) Mandatum d. 22. Maii 1717.

1717. Carolinum de interdicendis clandestinis Reformatorum Conuenticulis in oppido Patak. 13.) Mandatum Carolinum d. 17. Jun. 1718. quo in Comitatus Comaromiensis possessionibus Marczal-Háza, Cseh, Berbete, Csuz, Sz. Péter, et N. Megyer religionis exercitium cessare iubetur. 14.) Aliud d. 5. Nouemb. 1718. ad Comitat. Weszprimien. idem in oppido Papa praecipiens. 15.) Aliud d. 20. Decemb. 1718. eiusdem tenoris de oppido Leva. 16.) Rescriptum Cancellariae Hung. d. 11. Febr. 1719. ad Comitat. Szaladien. de exercitio H. C. in possessione Bécs-Völgye vsque exitum Commissionis admittendo. 17.) Intimatum Cancellariae Hung. d. 10. Mart. 1719. ad Consilium Bellicum de restauratione Oratorii Trenchiniensis ex lignis admittenda. 18.) Rescriptum Cancell. Hung. d. 27. Mart. 1719. ad Comitat. Weszprimien. super admittendo priuato Papensibus Reformatis exercitio, vsque edoctionem iurium suorum. 19.) Mandatum Carolinum d. 22. Maii 1719. quo magistratus ciuicus Trenchiniensis iubetur praestare informationem de amotione Ministri euangelici, et incarceratione Scholae Rectoris, et poenis Cehalistarum. 20.) Intimatum Cancell. Hung. d. 26. Maii 1719. quo reflectitur Consilium bellicum de admisso euangelicorum Oratorio intra Fortalitii moenia. 21.) Intimatum Cancell. Hung. d. 26. Jul. 1719. quo exigitur a Comitatu Castriferrei informatio su-

ſuper facto Nobilium in tractu Kemenyesallya, ſpeciatim Michaelis Oſtfy Praedicantium amotioni ſemet opponentis. 22.) Mandatum Carolinum d. 5. Decemb. 1719. quo iubentur omnia religionis negotia vsque exitum Commiſſionis ar. 30. 1715. ordinatae in ſuo ſtatu relinqui. 23.) Mandatum Carolinum d. 26. Febr. 1720. quo etiam Acatholici feſta Decretalia celebrare iubentur. 24.) Mandatum Carolinum d. 3. Aug. 1720. ad Commiſſionem religionariam de loco celebrandarum Seſſionum, ſurrogandis Deputatis, et norma tractandorum negotiorum. 25.) Mandatum Carolinum d. 19. Aug. 1720. ad Comitat. Weſzprimien. praecipiens H. C. Papenſes ab occluso Oratorio arceri vsque deciſionem negotii. 26.) Mandatum Carolinum d. 6. Nouemb. 1720. ad C. Judicem Curiae Koháry de differendo Seſſionum termino in Commiſſione religionaria vsque intimationem regiam. 27.) Mandatum Carolinum d. 16. Decemb. 1720. quo Commiſſio religionaria Buda Peſtinum transfertur. 28.) Scriptum d. 30. April. 1721. difformitatem Articulorum, Reſcriptorum, et Reſolutionum in negotio religionis commonſtrans, Commiſſioni porrectum. 29.) Mandatum regium d. 15. Mart. 1721. ad Ciuitatem Szakolczenſem praecipiens inquiſitionem contra Miniſtrum A. C. Thuralukenſem Szakolczae collectas facientem, et clancularia conſilia inſtituentem. 30.) Mandatum regium d. 30. Mart. 1721. de

de autoritate Cancellarii Academici Tyrnauienſis conſtituendi ex Soc. Jeſu Cenſores Librorum. 31.) Aliud d. 1. Maii 1721. quo commorantibus penes Commiſſonem Peſtini euangelicis exercitium religionis denegatur. 32.) Reſcriptum regium. d. 16. Maii 1721. de ſupprimendis inquiſitionibus quoad grauamina euangelicorum Tyrnauienſium, et Szakolczenſium, atque communicatione Actorum commiſſionalium cum Clero. 33.) Proteſtatio Praepoſiti Vacienſis And. Berkés d. 7. Jun. 1721. contra erectionem templorum euangelicorum in Comitatibus Peſtiſtienſi, Csongrad. et exter. Szolnok. 34.) Formulae peragendae Inquiſitionis in negotio religionis d. 1. Aug. 1721. maxime templorum euangelicorum. 35.) Circulare d. 10. Aug. 1721. ſuper negotiis religionis vsque ratificationem Commiſſionis in ſuo ſtatu relinquendis. 36.) Mandatum Carolinum d. 20. Mart. 1722. ad Commiſſionem Peſtienſem, quo iubentur Libellus Agrienſis Epiſcopi non approbatus, et laeſiuum Memoriale contra V. Clerum reſtitui exhibentibus. 37.) Reſolutio regia d. 1. Nou. 1722. de non repellendis, ſed exaudiendis acatholicis ad Regni Palatinum. 38.) Reſolutio Carolina d. 17. Jun. 1723. ſuper repoſitione Acatholicorum quoad omnia ad ſtatum priorem vsque exitum Commiſſionis. 39.) Proteſtatio, et Contradictio Primatis d. 29. Jun. 1723. qua omnes Cleri hungarici Proteſtationes in nego-

gotio religionis interpositae renouantur. 40.) Repraesentatio A. et H. C. d. 2. Jul. 1723. contra Protestationem, et Contradictionem V. Cleri. 41.) Resolutio regia reflexoria d. 19. Septemb. 1723. adurgens statum religionis, qui ante Commissionem fuit. 42.) Explanatorium Carolinum d. 11. Jan. 1724. ad Comitat. Pestiensem respectu Marton-Katajensium. 43.) Instantia A. et H. C. d. 19. Jan. 1724. Pestiensis Comitatus Sedriae exhibita pro repositione sua in pagis specificatis ad mentem Mandatorum. 44.) Mandatum Carolinum d. 18. Maii 1724. de amouendo Ministro H. C. ex possessione Etyck Comitat. Comaromiensis. 45.) Reflexoriae Cancellariae Hung. Aul. d. 15. Septemb. 1724. ad Consilium bellicum, petentis, ne Commendans Trenchiniensis euangelicos impediat ab erigendo Oratorio. 46.) Mandatum Carolinum d. 24. Jul. 1724. quo Georgius Ottlik ab aedificando Templo inhibetur. 47.) Aliud d. 18. Septemb. 1724. quo Ottlikianis admittitur ea lege priuatum Oratorium, vt ab eo extranei arceantur. 48.) Intimatum d. 9. Decemb. 1724. quo Trenchiniensibus euangelicis cultus in Suburbio in priuatis aedibus indulgetur. 49.) Mandatum Carolinum d. 1. Mart. 1725. de praestanda informatione circa ademtum Oratorium in Márton-Kata. 50.) Intimatum Consilii R. L. H. d. 10. Jul. 1724. de praestanda informatione quoad templa euangelicorum in Thét,

et Merges per Comitatum Jaurinensem. 51.) Intimatum alterum d. 27. Jul. 1725. de excessibus Protestantium per Comitat. Jaurinensem specifiice repraesentandis. 52.) Aliud d. 7. Aug. 1725. quo sub poena prohibentur excursiones extra stationem Ministris A. et H. C. 53.) Aliud d. 18. Aug. 1725. super praestanda informatione de Superintendentibus. 54.) Mandatum Carolinum d. 20. Sept. 1725. de accommodandis per Comitatum Jaurinensem Acatholicorum in vrbe grauaminibus. 55.) Resolutio Carolina d. 8. Octobr. 1725. de excessibus Protestantium specifice Fisco regio exhibendis. 56.) Declaratio Protestantium in Comitatu Pestiensi d. 24. Nouemb. contra Intimata d. 7. et 18. Aug. 1725. non regia, sed pure dicasterialia. 57.) Testimoniales Comitatus Szabolchensis d. 26. Nouemb. 1725. super declaratione Protestantium ad Intimatum Locumtenentiale d. 7. Aug. 1725. 58.) Aliae eiusdem Comitatus de eodem dato in eodem merito cum annexa Protestatione. 59.) Intimatum Locumtenentiale d. 8. Octobr. 1725. contra excursiones Ministrorum ad filiales. 60.) Intimatum Locumtenentiale d. 7. Aug. 1725. quo cum Vicario Generali Vaciensi Circulare d. 7. Aug. 1725. Communicatur. 61.) Intimatum Consilii R. L. H. d. 23. Febr. 1726. de obseruandis Festis Decretalibus per Acatholicos Comitatui Bihariensi sonans. 62.) Intimatum Locumtenentiale d. 11. Mart.

1726.

1726. quo Georgius Ottlik prohibetur admittere extraneos ad priuatum ſuum Oratorium. 63.) Intimatum d. 14. Mart. 1726. quo vrgetur informatio a Comitatu Trenchinienſi de vidua L. B. a Caliſius in Buſicza exercitium religionis evangelicae inducente, et Hajdones repellente. 64.) Narratio Proceſſus d. 4. Maii 1726. per Comitatum Trenchinienſem contra viduam L. B. Caliſius cum condeſcenſione cauſae, et admiſſo religionis exercitio in Buſicza inſtituti. 65.) Intimatum Conſilii R. L. H. d. 17. Jun. 1726. quo ad Proceſſionem theophoricam ſine diſcrimine religionis Cehaliſtae comparere iubentur. 66.) Aliud d. 13. Jul. 1726. quo obſeruatio Feſtorum omnium religionum incolis imponitur. 67.) Reſolutio regia d. 24. Mart. 1727. per quam Sz. Marton - Kataienſes a ſolutione Plebanis praeſtanda abſoluuntur. 68.) Mandatum regium d. 11. Maii 1727. vt Comitatus Miniſtros A. et H. C. ratione exceſſuum citent, et deſuper informationem ſubmittant. 69.) Intimatum Locumtenentiale d. 13. Septemb. 1727. quo Sententia Comitatus Trenchinienſis contra Dubrovny S. hoſtiam exſpuentem, et duas ſuas filias ad apoſtaſiam diſponentem lata adprobatur. 70.) Aliud d. 15. Septemb. quo a Magiſtratu Poſonienſi informatio de Studiis A. C. poſtulatur, et Scholae triuiales in Suburbiis per Euangelicos erectae inhibentur. 71.) Aliud d. 30. Octob. 1727.

quo nouum Oratorium H. C. Bodrogkereſzturienſe ex indultu praetenſo dominali erectum funditus disiici praecipitur. 72.) Aliud d. 7. Nouemb. 1727. quo vrgetur Magiſtratus ciuicus Poſonienſis de Scholis Acatholicorum triuialibus informationem praeſtare. 73.) Reflexorium d. 5. Decemb. 1727. in eodem merito. 74.) Intimatum Conſilii R. L. H. d. 5. Decemb. 1727. de examinandis Superintendentibus. 75.) Intimatum C. R. H. d. 5. Mart. 1728. de Apoſtatis. 76.) Circulare d. 12. April. 1728. prohibens fieri Collectas ab Acatholicis. 77.) Mandatum Carolinum d. 9. Aug. 1729. de Acatholicis per Sanctos iurare nolentibus. 78.) Aliud d. 24. Septemb. 1729. quo actiuitas Sedium Spiritualium, et negotium religionis vsque exitum Commiſſionis Peſtienſis in ſuo ſtatu relinquendum. 79.) Mandatum Carolinum d. 21. Jan. 1730. de exſtirpandis Pietiſtis, et tollendis Pietiſtarum Conuenticulis. 80.) Intimatum C. R. L. H. d. 4. Febr. 1730. quoad demoliendam nouam turrim in Réff, et Thur, item disiicienda Oratoria in Földvár, Török Sz. Miklos, et Füred. 81.) Reſolutio regia d. 23. April. 1730. qua Comitatus Weſzprimienſis iubetur reformatos Papenſes contra Dominium in exercitio religionis manutenere. 82.) Reſolutio Carolina d. 21. Mart. 1731. ſuper Actis Commiſſionis Peſtienſis, quae regulationem exercitii religionarii concernunt. 83.) Eadem

dem Resolutio d. 6. April. 1731. 84.) Eadem resolutio in hungaricum transposita. 85.) Rescriptum regium d. 18. Maii 1731. declarans resolutionem d. 21. Mart. 1731. 86.) Protestatio Card. ab Althan d. 23. Mai 1731. contra omnia Statuta religionaria Ecclesiae R. Catholicae praeiudiciosa.

Tomo V. *Pag.* 398. *continentur ab an.* 1731. *vsque* 1748. *annum.* 1.) Resolutio regia d. 21. Mart. 1731. super quinque punctis religionariis Commissionem Pesthiensem concernentibus. 2.) Decretum Carolinum d. 20. Maii 1731. quo Superintendens A. C. Dan. Krman ob apostatam Mlinar in arcem Posoniensem relegatur, et in tumultum Myauiensem inquisitio praecipitur. 3.) Intimatum Consilii R. L. H. d. 15. Jun. 1731. quo ab occupationibus templorum supersedendum mandatur, et tumultuantes propter amotos Praedicantes domum ire iubentur. 4.) Mandatum Carolinum d. 15. Jun. 1731. quoad sistendas occupationes Templorum ad Consilium R. L. H. directum. 5.) Intimatum eiusdem Consilii d. 12. Jun. 1731. super Processu contra Krman propter detentum Apostatam instituto. 6.) Circulare d. 9. Octob. 1731. de baptismo per obstetrices bene instructas conferendo. 7.) Intimatum C. R. L. H. d. 3. Mart. 1732. de fundo euangelicis pro templo in Nemeskér Comitatus Sopronien. assignando. 8.) Aliud d. 7. Mart. 1732. vetans Superintendentes sine indultu regio iurisdictionem exercere.

9.) Mandatum Carolinum d. 16. Maii 1732. de abrogandis templis euangelicis in locis Comitat. Castriferrei, quae in ar. 26. 1681. non denominantur. 10.) Intimatum C. R. L. H. d. 16. Decemb. 1732. de facienda inquisitione in numerum Accatholicorum Schemniczensium, quo necessitas tertii Ministri determinari valeat. 11.) Literae V. Comitis Nitriensis d. 29. Decemb. 1732. ad A. C. Seniores de dispositionibus faciendis ad Intimati d. 6. Decemb. 1732. effectuationem. 12.) Intimatum C. R. L. H. d. 6. Decemb. 1732. quo Comitatui Nitriensi demandatur occupatio templorum euangelicorum in locis, quae non sunt articularia. 13.) Resolutio Carolina d. 12. Jan. 1732. ad Magistratum Ciuicum Neosoliensem de iuramento Judici per Sanctos praelegendo, si non deposuerit, dissimulando. 14.) Intimatum C. R. L. H. d. 27. Jan. 1732. de celebratione festorum decretalium sub poena. 15.) Aliud d. 3. Mart. 1732. ad Ciuicum magistratum Posoniensem de iuramenti, per illos, qui in conciuilatem assumuntur, deponendi modo. 16.) Mandatum Carolinum d. 18. Mart. 1732. quo exercitium religionis euangelicis Trenchinii stabilitur. 17.) Circulare d. 28. Mart. 1732. de prouidendis ex iure Patronatus per Dominos Terrestres Ecclesiis. 18.) Intimatum C. R. L. H. d. 28. April. 1733. de exteris ad conciuilitatem non aliis, nisi R. Catholicis recipiendis. 19.) Reflexorium d. 21. Maii

1733.

1733. quo Posonienses vrgentur submittere informationem de Scholis triuialibus Accatholicorum. 20.) Intimatum Consilii R. L. H. d. 29. Maii 1733. ad Magistratum ciuicum Posoniensem de obseruando iuramento Accatholicorum in restauratione, et Georgio Frendl a sessionibus excludendo. 21.) Circulare ad Comitatus d. 12. Aug. 1733. quo reprehenduntur propter segnitiem in apostatarum inuestigatione. 22.) Intimatum d. 21. Aug. 1733. quo petitur a magistratu Posoniensi informatio de Pastoribus, Rectoribus, Professoribus, Studiosis, Scholis, et fundationibus Accatholicorum. 23.) Intimatum C. R L. H. d. 15. Septemb. 1733. ad eosdem in eadem caussa. 24.) Aliud d. 16. Decemb. 1733. ad eosdem de Scholis altioribus nonnisi, producto Priuilegio, coetui euangelico admittendis. 25.) Aliud d. 12. Jan. 1734. quo inuestigatio de Studiis Posoniensium Accatholicorum exigitur. 26.) Resolutio Carolina d. 20. Octobr. 1734. qua diuersae querimoniae Accatholicorum complanari praecipiuntur. 27.) Intimatum Cons. Reg. Locumt. Hung. d. 31. Octob. 1734. de admittendis citra onus Contribuentium aliquod quatuor Superintendentibus. 28.) Aliud d. 11. Mart. 1735. de Sacerdotibus Catholicis ad incarceratos Accatholicos admittendis. 29.) Mandatum Carolinum d. 3. Septemb. 1735. quo regulatur cultus diuinus Protestantium Trenchiniensium. 30.) Re-

Rescriptum Cancellariae Hung. Aul. d. 5. Septemb. 1735. ad Consilium Bellicum de admonendo Commendante Trenchiniensi, ne in aedificando Oratorio Accatholicos Trenchinienses turbet. 31.) Intimatum Consilii R. L. H. d. 27. Septemb. 1735. ad Ciuitatem Soponien. de iurisdictione inter A. C. Wandorfenses, et Sopronienses parochiale aequa ratione diuidenda. 32.) Intimatum C. R. L. H. d. 23. Nouemb. 1735. quo Resolutio d. 3. Septemb. tantisper suspendi praecipitur. 33.) Aliud d. 24. Mart. 1736. ad Comitat. Szalad. de erigenda actione fiscali, contra illos, qui Parochum Bekályiensem aegrotos accedere volentem impediuerunt. 34.) Intimatum d. 13. Nouemb. 1735. ad Comitat. Zoliensem de puniendis Pastoribus euangelicis, qui baptismum, et alia Sacra munia peragunt in praeiudicium Parochi catholici. 35.) Resolutio d. 13. Mart. 1737. de modo quoad genealogiam in dispensationibus matrimonialibus tenendo. 36.) Intimatum Locumtenentiale d. 10. Julii 1737. quo Brezno-banyensium factum adprobatur propter desumtam 12. fl. mulctam ab iis, qui ad Loca extraarticularia sua Confessionis excurrerunt. 37.) Aliud d. 24. Sept. 1737. quo dispositiones magistratus ciuici Ginsiensis contra Cehalistas Processionem non frequentantes approbantur. 38.) Intimatum C. R. L. d. 2. Octob. 1737. de approbata Conuentione Sz. Mártonkataensium Accatholicorum cum Pa-

Parocho Catholico ſuper praeſtandorum praeſtationibus. 39.) Aliud d. 18. Jan. 1730. quo Sententia diuortii per Praedicatorem reformatum Ketskemethienſem pronunciati caſſatur ſub comminatione actionis fiscalis contra iudices cauſae. 40.) Aliudd. 25. Febr. 1730. quo in Simili facto actio fiſcalis determinatur. 41.) Aliud d. 14. Jun. 1738. quo Poſonienſi magiſtratui praecipitur inueſtigatio contra illos, qui ſe a proceſſione theophorica abſentarunt. 42.) Aliud d. 4. Jul. 1738. quo Poſonienſi magiſtratui imponitur executio Intimati d. 14. Jun. 1738. 43.) Aliud d. 7. Septemb. 1738. ad eumdem adurgens denuo eiusdem Intimati executionem. 44.) Aliud d. 12. Nouemb. 1738. de non recipiendis ob metum peſtis per Rectores ſtudioſis ad Scholas ſine Paſſualibus. 45.) Circulare d. 29. Nouemb. 1738. quo vigilantia magiſtratibus imponitur, ne, graſſante peſte, H. C. homines ex principio praedeſtinationis ſani et vegeti cum infectis conmiſceantur. 46.) Intimatum Locumtenentiale d. 19. Aug. 1740. ad Comitat. Barſienſem, quo contra incarceratos cauſa religionis, nobiles Leuenſes ſecundum Leges patrias procedatur. 47.) Aliud d. 15. April. 1741. ad Comit. Zolienſem de amouendo Miniſtro Kiralyfalva. 48.) Aliud d. 28. April. 1741. pro Domino Terreſtri Királyfaluenſi concedens Miniſtrum. 49.) Circulare d. 15. Septemb. 1742. contra perniciosa Reformatorum

in puncto baptismi Exercitia. 50.) Resolutio Carolina d. 24. Decemb. 1742. quo Commissio Pestensis a 1731. per M. Theresiam sine obseruationis confirmatur. 51.) Intimatum d. 5. Jan. 1743. quo Josephus Klobusiczky propter praescripti Juramenti formulam non depositam ab officio Camerarii amoueri praecipitur. 52.) Circulare d. 11. Jan. 1743. quo sine indultu regio, et Passualibus ad exteras oras ire interdicitur. 53.) Intimatum d. 23. Febr. 1743. de Praedicante Aldási iure conueniendo inducto ad possessionem Osgyán peste infectam. 54.) Aliud d. 5. Mart. 1743. praecipiens Osgyániensibus receptionem Sacerdotis catholici. 55.) Aliud d. 5. Mart. 1743. de obligatione redeuntibus ex oris exteris se coram magistratu sistendi imposita. 56.) Aliud d. 2. April. 1743. de obligatione exituris foras imposita ostendendi Passuales in Tricesimis. 57.) Aliud d. 2. April. 1743. quo inhibentur Accatholici cum suae confessionis Libris ad terras Bohemicas causa seminandi dogmatis proficisci. 58.) Aliud d. 30. April. 1743. quo declaratur, quo in sensu regnicolae ab exteris oris reuocandi sint. 59.) Aliud d. 21. Jun. 1743. quo iubentur opifices Processionem theophoricam subterfugientes citari. 60.) Aliud d. 1. Octob. 1743. praecipiens Posoniensi magistratui transmissionem nominum, qui se a processione theophorica absentarunt. 61.) Aliud d. 9. Nouemb. 1743. de fundo in opi-

pi-

pido Csetnek pro Sacello Catholicorum ex- ſcindendo. 62. Aliud d. 22. Nouemb. 1743. quo exigitur a Comitatu Trenchinienſi informatio de tribus in eodem Comitatu A. C. Eccleſiis. 63.) Aliud d. 20. Decemb. 1743. de iuramento in reſtaurationibus magiſtratuum ad mentem Reſolutionis regiae d. 3. Mart. 1733. per Accatholicos deponendo. 64.) Aliud d. 28. Febr. 1744. de praeuia informatione cum Conſilio R. L. H. communicanda ſuper Accatholicis in conciuilitatem aſſumi petentibus. 65.) Aliud d. 3. Mart. 1744. quo praecipitur magiſtratui Poſonienſi obſeruanda Reſolutio d. 3. Mart. 1733. quoad iuramentum ab Accatholicis in conciuilitatem aſſumtis deponendum. 66.) Reſcriptum regium d. 5. Jun. 1744. ad Conſilium Locumtenentiale de ſubmittenda informatione ſuper tribus eccleſiis Accatholicorum in Comitatu Trenchinienſi. 67.) Intimatum Conſilii R. L. H. d. 29. Jul. 1744. de obſeruatione Feſtorum Decretalium, addito feſto S. Annae. 68.) Intimatum C. R. L. H. d. 30. Jul. 1744. quo Sopronienſibus inhibetur recipere Accatholicos alienigenas. 69.) Aliud d. 20. Nouemb. 1744. de Paſſualibus, commercii cauſa ad Boruſſicas, aliasque hoſtium ditiones proficiſcentibus non expediendis. 70.) Aliud d. 20. April. 1745. de reſtituendis Paſſualibus, quae datae ſunt proficiſcentibus ad nundinas extra regnum, quum rediuerint. 71.) Mandatum Thereſianum d. 27. Jul. 1745. quo Moraui et alie-

alienigenae prohibentur adire templum A. C. Trenchinienſe. 72.) Intimatum Conſilii R. L. H. d. 28. Jul. 1745. de concedenda reparatione Oratoriorum penes praeuiam viſitationem Magiſtratus, et de erectione penes indultum regium. 73.) Aliud d. 28. 1745. de mechanicis ad proceſſionem theophoricam non comparentibus in duabus libris cerae puniendis. 74.) Aliud d. 17. Jul. 1745. de coercendis duobus Accatholicis vxores ſuas catholicas ſeuere tractantibus, eorumque prolibus in religione catholica educandis. 75.) Intimatum d. 14. Jan. 1746. de Paſſualibus non concedendis, Academicis, niſi ſufficientibus mediis ſe prouiſos docuerint. 76.) Extractus Mandati regii d. 4. Maii 1746. ad C. Generalem Pálfi de Miniſtris Eperieſienſibus ad interiorem vrbem immittendis. 77.) Intimatum Conſilii R. L. H. d. 3. Jun. 1746. quo obſeruatio Feſtorum decretalium e Cathedris promulganda praecipitur. 78.) Aliud d. 10. Jun. 1746. de Plebano Catholico in oppidum Dopsina inducendo. 79.) Circulare d. 5. Jul. 1746. de obſeruandis rigoroſe Reſolutionibus regiis in negotio religionis emanatis. 80.) Aliud d. 31. Aug. 1746. de occupando in Csák-Berény H. C. Oratorio ſine indultu erecto. 81.) Aliud d. 12. Octob. 1746. de religioſis mendicantibus exteris a muſto colligendo arcendis. 81.) Aliud d. 13. Decemb. 1746. de exercitio religionis euangelicae in Komlos neo-

neo-impopulato oppido ſufferendo, et Miniſtro amandando. 83.) Circulare d. 23. Decemb. 1746. quo renouantur diſpoſitiones regiae quoad apoſtaſiam 12. April. 1733. interuentae. 84.) Intimatum C. R. L. H. d. 24. Jan. 1743. quo iubentur Proteſtantes etiam in locis articularibus diſpenſationem feſtorum a Parocho petere. 85.) Mandatum Thereſianum d. 27. Jan. 1747. quo arcentur Bohemi, et Moraui ab acceſſu templi euangelici Trenchinienſis. 86.) Intimatum d. 3. Febr. 1747. C. R. L. H. quo Ciuitates regiae iubentur praeſtare informationem de depoſito iuramento decretali per Acatholicos in conciuilitatem aſſumtis. 87.) Determinatio d. 20. Jun. 1747. Capitanei Poloni Moſzcsenyſzky de regulandis Accatholicis in XIII. Scepuſii oppidis. 88.) Intimatum Conſilii R. L. H. d. 11. Jul. 1747. ad Comitat. Trenchinienſem intuitu praetenſorum Conuenticulorum per A. C. homines in Zay-Ugrocz apud Emer. Zay, et in Szulló apud Fran. Szirmienſem celebratorum emanatum. 89.) Intimatum Conſilii R. L. H. d. 8. Aug. 1747. ſuper exceſſibus Superintendentis Hruskovics per Comitatum Neograd. inueſtigandis. 90.) Aliud d. 11. Jul. 1747. ad eundem Comitatum de exceſſibus Accatholicorum nobilium And. Plachy, et Jos. Horvathy contra Parochum Gyarmathienſem. 91.) Aliud d. 25. Aug. quo Samuel Hruskovitz ab officio Miniſtri, et Superintendentis ſuſpenditur.

92.) Decretum aulicum d. 25. Aug. 1747. quo Samuel Hruskovitz ab officio ſuſpenſus ad Poſonienſem Deputationem citatur. 93.) Intimatum Locumtenentiale d. 27. Septemb. 1747. quo Comitatui Zolienſi imponitur inquiſitio in conuenticula Accatholicorum apud D. Mervald, et Radvánſzky celebrata. 94.) Aliud d. 3. Octob. 1747. quo Comitatui Gömörienſi demandatur inquiſitio de Miniſtro Berzéthienſi, numero Accatholicorum, et fundo Oratorii. 95.) Aliud d. 24. Nouemb. 1747. de peragenda Cremniczii inquiſitione ſuper exceſſibus Accatholicorum. 96.) Aliud d. 10. Decemb. 1747. quo ſuſpenſio Sam. Hruskovicz vsque exitum cauſae relaxatur. 97.) Reſcriptum Thereſianum d. 19. Decemb. 1747. de nonnullis Proteſtantium Libris ſequeſtrandis. 98.) Decretum regium d. 10. Octob. 1747. quo G. R. non vniti ad feſta decretalia obſeruanda ſtringuntur. 99.) Intimatum Conſilii R. L. H. d. 23. Decemb. 1747. quo vrgetur proceſſus contra Apoſtatas inſtituendus. 100.) Aliud d. 26. April. 1748. quo cultus Proteſtantium in Vadkert ſuffertur. 101.) Literae ſupplices d. 10. Jan. 1748. quibus Generalis Vicarius Nedeczky petit Eccleſias in Csetnek, et Dopſina adimi cum defoſſa, vel ablata ſacra ſuppellectili. 102.) Intimatum Locumtenentiale d. 9. April. 1748. quo praecipitur in conformitate praecedentium Literarum vicarialium inquiſitio, et informatio

per

per Comitatum Gömörienſem praeſtanda. 103.) Aliud d. 26. April. 1748. quo iubetur inueſtigari ſtatus Eccleſiae euangelicae in poſſeſſione Felsö - Palota. 104.) Reſolutio regia d. 26. April. ad magiſtratum Caſſouienſem de mulctandis iis, qui Proceſſionem theophoricam negligunt. 105.) Decretum d. 10. Maii 1748. quo Superintendens Samuel Hruskovicz ab officio degradatur. 106.) Circulare d. 10. Maii 1748. quo actiuitas muneris Superintendentialis circumſcribitur. 107.) Intimatum d. 13. Maii 1748. C. R. L. H. quo Comitatui Gömörienſi praecipitur inquiſitio in detentores Sacrae ſuppellectilis. 108.) Aliud d. 11. Jun. 1748. quo Modrenſes Opifices ad Proceſſionem theophoricam compelli iubentur. 109.) Aliud d. 19. Jun. 1748. quo actio fiſcalis contra blasphemum Miniſtrum Vadosfaenſem determinatur. 110.) Aliud d. 30. Jul. 1748. quo magiſtratui Carponenſi demandatur inquiſitio contra exceſſus Accatholicorum. 111.) Aliud d. 23. Aug. 1748. quo demandatur iterata inquiſitio in cauſa eccleſiarum Csetnek, et Dopſina proſequenda. 112.) Aliud d. 24. Septemb. 1748. quo Comitatus Békeſienſis reflectitur ad effectuanda Intimata in cauſa eccleſiae Komloſienſis. 113.) Aliud d. 11. Octobr. 1748. quo publice reprehendi mandantur Kiss-Zellöenses Accatholici propter erectam ſine indultu regio Scholam. 114.) Aliud d. 12. Nouemb. 1748. quo Cremnicii duorum Mini-

niſtrorum inductio confirmatur cum reſtrictione Scholae ad claſſes Grammaticas. 115.) Aliud d. 5. Decemb. 1748. quo Comitatui Weſzprimienſi interdicitur, impedire oppidanos, ne ad loca, vbi religionis exercitio gaudent, religionis cauſa excurrant. 116.) Aliud d. 17. Decemb. 1748. quo petitur a Comitatu Zoliensi informatio de tertia eccleſia Accatholicorum in eodem Comitatu.

Tomo VI. *Pag.* 310. *continentur ab anno* 1749. *vsque* 1754. *ſequentia:* 1.) Intimatum d. 25. April. 1749. de R. Catholicis ad Schisma deficientibus modo Apoſtatarum tractandis. 2.) Decretum aulicum d. 26. Jun. 1749. ad Conſilium R. L. H. de ordinanda inquiſitione in Comitatu de Sáros ratione exceſſuum in cauſis apoſtatarum commiſſorum, et de euangelicis Aſſeſſoribus ad Judicia in talismodi cauſa adhibendis. 3.) Intimatum C. R. L. H. d. 17. Jan. 1749. praeſcribens normam procedendi contra apoſtatas, ſeductores, &c. 4.) Aliud d. 11. Febr. 1749. quo Cremnicenſes euangelici confirmantur in vſu duorum Miniſtrorum, et propter Deputationem eatenus Viennam miſſam reprehenduntur. 5.) Aliud d. 14. Mart. 1749. quo Jaurini religionis exercitium ſuffertur, et aedificia Scholaria cum Oratoriis redimi praecipiuntur. 6.) Mandatum Thereſianum d. 21. Mart. 1749. quo acta Comitatus Jaurinenſis in occupatione templi re-

reformati Szemerienſis improbantur. 7.) Intimatum d. 15. April. 1749. quo Comitatus Saroſienſis iubetur ſerio reprehendere Thomam Desöffy, aliosque Catholicos propter occupatum templum in Héthárs, aliumque fundum exſcindere Accatholicis pro nouo templo. 8.) Reſolutio regia d. 17. Jun. 1749. explanans quaeſtiones de apoſtatis in Comitatu Hontenſi obortas. 9.) Intimatnm C. R. L. H. d. 4. Jul. 1749. Comitatui Zolienſi praecipiens, proceſſum contra Apoſtatam ad mentem Reſolutionis regiae d. 17. Jan. 1749. inſtituere. 10.) Aliud ad Comitat. Weſzprimienſem d. 29. Jun. 1749. de praeſtanda informatione ſuper neo-erecto Papae Oratorio H. C. 11.) Aliud d. 1. Aug. 1749. quo Comitatui Neogradienſi demandatur Inquiſitio in Eccleſiam euangelicam Szügyenſem. 12.) Mandatum Regium d. 4. Aug. 1749. ad Conſilium regium improbans ademtionem filialium, reſignatarumque R. Catholicis in Comitatu Nagy-Hontenſi. 13.) Intimatum C. R. L. H. d. 5. Aug. 1749. de puniendo Ludimagiſtro Bécs-Völgyenſi pueros Catholicos in Scholam recipiente. 14.) Intimatum C. R. L. H. d. 8. Aug. 1749. quo reuocatur reſolutio d. 4. Aug. quoad filiales in Nagy-Honth, ſed tantum inquiſitio praecipitur. 15.) Aliud d. 8. Aug. 1749. quo Kiralyfaluenſibus religionis exercitium adimitur, et Comitatus Zolienſis reprehenditur. 16.) Aliud d. 26. Aug. 1749. quo

contra Paedagogum, et Paſtorem Bécs-Völgyenſem Actio fiscalis determinatur, et parentes Catholici coerceri iubentur. 17.) Aliud d. 16. Septemb. 1749. ad Comitatum Aruenſem de prolibus mixti matrimonii in fide Catholica educandis. 18.) Decretum aulicum d. 16. Septemb. 1749. quo Conſilium Locumtenentiale reprehenditur propter diſpoſitiones in negotio religionis ſua auctoritate factas, et intimatas. 19.) Intimatum d. 19. Septemb. 1749. quoad crimen apoſtaſio initiatis in alia religione haud imputandum. 20.) Intimatum d. 9. Octob. 1749. ad Comitat. Weſzprimien. de praeſtanda informatione quoad Superintendentem Jacobum Torkos a viſitatione eccleſiarum inhibitum. 21.) Intimatum C. R. L. H. d. 16. Octob. 1749. ad eundem Comitatum de danda informatione ſuper Oratorio H. C. Papenſi. 22.) Aliud d. 18. Nouemb. 1749. de nunquam Catholicam religionem profeſſis, etſi Catholicis parentibus progeniti ſint, pro apoſtatis neutiquam habendis. 23.) Reſolutio regia d. 12. Decemb. 1749. qua Oratorii H. C. in Felsö-Eör ſine indultu erectio, depoſitis 100. fl. diſſimulatur. 24.) Intimatum Conſilii Locumtenentialis d. 30. Jan. 1750. quo proceſſus contra apoſtatas in Comitatu Thuroczenſi inſtitutus, praeſcriptae Normae minus conformis pro noua reuiſione remittitur. 25.) Aliud d. 20. Feb. 1750. quo petitur informatio a Comitatu Neogra-

gradienſi ſuper ſepultura Conthoralis Nobilis Steph. Pazalay in Szügy non per Parochum Catholicum, ſed Miniſtrum Accatholicum peracta. 26.) Reſolutio regia d. 6. Mart. 1750. quo Actio fiscalis contra Sz. Gálienſes mota, quod Thomam Hegyi R. Catholicum ſepeliri non admiſerint, caſſatur, et Fiſcalis reprehenditur ob terminos laeſiuos actioni admixtos. 27.) Intimatum d. 17. Mart. 1750. quo Kis-Igmondenſes, et Tagyoſenſes in Comitatu Comaromienſi, ſaluo religionis ſuae exercitio in ſtolaribus iurisdictioni Parochorum Catholicorum ſubiiciuntur. 28.) Intimatum d. 10. April. 1750. quo Acsenſibus Oratorium ligneum in loco ab igne tuto admittitur. 29.) Intimatum C. R. L. H. d. 14. April. 1750. quo inhibetur Paulus Szüts in Rátz-Kereſztur Comitatus Albenſis populum impedire a praeſtationibus Parocho Catholico competentibus. 30.) Encyclica d. 7. Maii 1750. Vicarii Generalis Weſzprimienſis, qua Parochos inſtruit, de muniis non adminiſtrandis per Accatholicos, qui proles mixti matrimonii generarunt. 31.) Reſcriptum regium d. 30. Jun. 1750. concedens Eperieſſienſibus euangelicis ſtudium Philoſophicum. 32.) Intimatum C. R. L. H. d. 13. Aug. 1750. excurſiones Miniſtrorum prohibens. 33.) Aliud d. 24. Decemb. 1750. ad Comitatum Nagy-Hontenſem, quo nobiles Daeso, Palaſty, Kubiny, et Balogh ſtolam Plebano Nenyenſi per-

perſoluere, in caſu renitentiae actione fiscali conueniri iubentur. 34.) Intimatum Conſilii R. L. H. d. 12. Jan. 1751. quo proceſſus contra Nob. Mariam Marſoviczky, aliosque apoſtatas inſtitui praecipitur. 35.) Aliud d. 18. Mart. 1751. de inueſtiganda legalitate exercitii H. C. in Tiſzta-Nánás, et Török Sz. Márton. 36.) Aliud d. 10. Jul. 1751. quo magiſtratus Eperieſſienſis inhibetur effectum Reſolutionis regiae d. 30. Jun. 1750. impedire. 37.) Aliud d. 5. Aug. 1751. quo Martini Bironii Enchiridion de Haereſiarchis, et Apoſtatis in Hung. &c. prohibentur. 38.) Aliud d. 23. Decemb. 1751. de ſubmittenda inquiſiione contra detentores ſacrae ſuppellectilis in Dopsa, et Csetnek. 39.) Aliud de eodem dato, quo Acſenſibus indulgentia datur erigendi Oratorium ex ſolidis materialibus ſine fornice. 40.) Aliud d. 17. Jan. 1752. de erigenda actione fiscali contra Kis-Csalomienſes priuatum religionis exercitium propria authoritate in publicum conuertentes. 41.) Aliud d. 31. Jan. 1752. ſupprimens exercitium H. C. in Bátorkeſzi, Kis-Ujfalu, Mócs, Bilcs, Vng, et Sáp. 42.) Aliud d. 3. Febr. 1752. quo Jaurinenſibus euangelicis recurſus ad thronum regium interdicitur. 43.) Aliud d. 9. Mart. 1752. quo ratione commiſſorum ſub 23. Decemb. 1751. a Comitatu Gömörienſi exigitur. 44.) Aliud d. 9. Mart. 1752. quo communicatur reſolutio regia de Studio phi-

philoſophico, et dogmatico cum magiſtratu Eperieſienſi. 45.) Aliud d. 14. Mart. 1752. ad Comitat. Zemplinienſem de excurrentibus Miniſtris ad loca interdicta arreſtandis. 46.) Determinatio magiſtratus Eperieſienſis d. 23. Mart. 1752. qua Reſolutio regia d. 9. Mart. 1752. reſtringitur. 47.) Extractus Intimati d. 23. Mart. 1752. quo conceditur Miniſtris facultas morbidos in vrbe viſitandi. 48.) Intimatum C. R. L. H. d. 28. April. 1752. cui adiungitur Inſtructio pro Supremis Comitibus quoad blasphemos, et conſeruationem fidei Catholicae. 49.) Intimatum C. R. L. H. d. 8. Maii 1752. quo ſuffertur Papae liberum religionis exercitium. 50.) Relatio Comitatus Weſzprimienſis d. 21. Maii 1752. ſuper eliminato V. D. Miniſtro Papenſi. 51.) Intimatum C. R. L. H. d. 2. Jun. 1752. quo petitur informatio circa templa euangelica in Alsó-Eſztergál, quae Catholici tanquam ſua reſtitui petunt. 52.) Decretum Archi-epiſcopi Strigon. d. 15. Maii 1752. concedens viſitationem Eccleſiarum. 53.) Mandatum regium d. 5. Jun. 1752. de reſtituenda per Comitatum Weſzprimienſem Viduae Eörianae domo cum Oratorio H. C. occupata. 54.) Inſtructio d. 8. Jul. 1752. pro Agente Euangelicorum Kunſzt cum reſolutione regia de Accatholicis peregrinis non copulandis. 55.) Intimatum C. R. L. H. d. 24. Jul. 1752. quo petitur informatio de exercitio religionis in Bonis Jeſui-

tarum Kenese; Vereș-Berény, et Padrágh. 56.) Aliud d. 3. Aug. 1752. de G. R. hominibus ad conciuilitatem admittendis vigore ſuorum Priuilegiorum. 57.) Aliud d. 18. Aug. 1752. ad Comit. Sopronienſem de praeſtanda informatione circa caſum in Vadosfa. 58.) Aliud d. 31. Aug. 1752. ad Comitat. Kiss-Hontenſem de praeſtanda informatione circa occupatam per Accatholicos Eccleſiam in Tiſzoly. 59.) Aliud d. 4. Septemb. 1752. admittens Kis-Csalomienſibus religionis exercitium. 60.) Aliud d. 12. Octob. 1752. de feſtis diebus Catholicorum etiam per G. R. homines obſeruandis. 61.) Aliud d. 9. Nouemb. 1752. quo petitur informatio de numero populi H. C. addicti in Török-Sz. Miklos. 62.) Opinio Cancellariae Hungaricae d. 28. Nouemb. 1752. de coarctanda Miniſtrorum euangelicorum excurſione. 63.) Intimatum d. 8. Jan. 1753. ad Comitatum Neogradien. de puniendis incolis Bokorienſibus Plebanum Herencsienſem occaſione ſepulturae indigne tractantibus. 64.) Aliud d. 1. Febr. 1753. quo Comitatui Weſzprimienſi imponitur, vt ſtudeat placidis mediis diſponere Keneſienſes, Veres-Berényenſes, et Padraghienſes ad reſignanda ſua Oratoria cum Relatione Comitatus ſuper negatiua declaratione Compoſſeſſorum. 65.) Aliud d. 8. Febr. 1753. quo Andreae Ottlik Oratorium, depoſitis 300. fl. in Ozorvecz reſerari indulgetur. 66.) Aliud d. 11. Febr. 1753. Lite-

terae V. Archi-Diaconi Thuroczenſis ad Conſiſtorium Archi-Dioeceſis Strigon. contra exceſſus Miniſtrorum in Comitatu Thuroczenſi. 67.) Aliud d. 22. Febr. 1753. quo demandatur Comitatui Szaladienſi inquiſitio, et informatio de eccleſia euangelica in Dörögd, et Kapolcs. 68.) Aliud d. 8. Mart. 1753. quo Comitatui Sopronienſi demandatur executio in exceſſuoſos euangelicos Vadosfaluenſes. 69.) Decretum regium d. 15. Mart. 1754. quo prohibentur Accatholici Miniſtri malefactores ad locum ſupplicii comitari. 70.) Repraeſentatio General. Vicarii Strigon. d. 11. Mart. 1753. contra exceſſus Accatholicorum in Comitatu Thuroczenſi. 71.) Intimatum d. 30. Mart. 1753. ad praemiſſam Repraeſentationem praecipiens inquiſitionem de prolibus catholicis in Accatholicismo educatis. 72.) Aliud d. 16. April. 1753. Reſcriptum regium de Bohemis, et Morauis ſine conſenſu Dominii per Parochos Hungaricos non copulandis. 73.) Aliud 18. April. 1753. prohibens ſine indultu magiſtratus collectas inſtituere. 74.) Aliud d. 25. April. 1753. de modo aedificandi per G. R. non vnitos eccleſias, et nouorum Monaſteriorum interdicta erectione. 75.) Reſolutio regia d. 30. April. 1753. qua quidem Praedicantibus admittitur ſuae Confeſſionis malefactores diſponere, non tamen ad locum ſupplicii comitari. 76.) Intimatum C. R. H. d. 7. Maii 1753. ad Sopronienſes in eodem merito.

77.) Literae Episcopi Jaurinenſis d. 12. Maii 1753. ad Parochos, per quas inſtruuntur de modo tractandi malefactores Accatholicos. 78.) Intimatum d. 17. Maii 1753. Ideam conſcriptionis Parochiarum, et prouentuum praeſcribens. 79.) Aliud d. 3. Jul. 1753. quo iniungitur Ginſienſibus executio Reſolutionum regiarum de Accatholicis. 80.) Reſolutio regia d. 9. Jul. 1753. qua conceditur Papenſibus H. C. Oratorium cum Schola. 81.) Intimatum d. 12. Jul. 1753. quo Samuel Liſchoviny in 100. fl. mulctatur ob adminiſtratam S. coenam Colonello L. B. de Bulow. 82.) Circulare ad Dioeceſanos d. 3. Septemb. 1753. de Accatholicis non adigendis ad actus Confeſſioni ſuae contrarios. 83.) Idem d. 3. Septemb. 1753. ad Epiſcopum Weſzprimienſem. 84.) Idem d. 3. Septemb. 1753. ad Supremos Comites. 85.) Reſolutio regia d. 3. Septemb. 1753. qua confirmatur in Transyluania H. C. Superintendens Lucas Borosnyai. 86.) Literae d. 20. Septemb. 1753. Supremi Comitis Neogradienſis C. Graſſalkovics, quibus Intimatum C. R. L. H. d. 20. Aug. 1753. publicatur. 87.) Dubia Filialium Neogradienſium d. 22. Septemb. 1753. quoad reſtitutionem. 88.) Intimatum Conſilii R. L. H. d. 10. Septemb. 1753. quo triplicis ordinis proceſſus contra Patres Familias Accatholicos ex Reuerſalibus ſuſcitatus ſua formalitate erigi, et ſententia ante executionem ſubmit-

mitti iubetur. 89.) Refponfum verbale fuae Maieftatis M. Therefiae Deputatis Euangelicorum vfum Filialium folicitantibus in audientia datum. 90.) Refolutio regia d. 14. Jun. 1754. qua minorennes mixti matrimonii quoad baptismum, et funus Plebano Catholico fubiiciuntur. 91.) Intimatum C. R. L. H. d. 7. Febr. 1754. quo filius Baronis Réva in religione catholica educandus Viennam mitti iubetur. 92.) Aliud d. 2. Mart. 1754. quo Neofolii inquifitio ordinatur in exceffus Miniftrorum. 93.) Aliud d. 14. Mart. 1754. quo Reformati Eperieffini degentes Parocho Catholico fubiiciuntur. 94.) Aliud d. 18. Mart. 1754. regulationem quoad fingulas functiones religionarias Accatholicis in Comitatu Thuroczenfi praefcribens. 95.) Refcriptum regium d. 26. Mart. 1754. fuper indultu erigendi Oratorii H. C. ex vftis tegulis in Kis Uj-Szállas Cumaniae maioris. 96.) Intimatum C. R. L. H. d. 28. Mart. 1754. quo Comitatus Thuroczenfis iubetur admonere Baronem Révay de filio Tyrnauiam mittendo, et meliore prolium fuarum cura. 97.) Edictum archiepifcopale d. 31. Mart. 1754. de difpenfatione Feftorum. 98.) Intimatum Locumtenentiale d. 19. April. 1754. de puniendo Ludimagiftro Felsö-Petényenfi Poftillas praelegente, et Paftore Bánkenfi ad loca interdicta excurrente. 99.) Intimatum aliud d. 30. April. 1754. prohibens Miniftris in Comitatu Lipto-

ptouiensi excursionem ad loca non articularia, et catholicae pubis ad Scholas Protestantium receptionem. 100.) Aliud d. 7. Maii 1754. relaxans actionem fiscalem contra Ministros excurrentes erectam. 101.) Aliud d. 16. Maii 1754. disponens inquisitionem in Comitatu Zoliensi contra euangelicos Osztroluczenses, et Baczurovienses. 102.) Aliud d. 20. Maii 1754. quo Debreczinenses dispensantur a submittendis Libris Viennam pro Censura. 103.) Aliud d. 28. Jun. 1754. quo petitur Informatio de loco coemeterii per Garamszegienses in Comitatu Zoliensi erigendi. 104.) Rescriptum regium d. 4. Jul. 1754. quo Magistratui Debrecinensi restituitur autoritas censurandi libros edendos penes submissionem quatuor examplarium ad Consilium Locumtenentiale. 105.) Mandatum regium d. 8. Julii 1754. quo numerus Ministrorum H. C. in Szathmár-Nimeth ad duos restringitur. 106.) Intimatum C. R. L. H. d. 8. Jul. 1754. quo reprehenduntur Euangelici ob infundatas querimonias, Parochus Marczulensis ob percussum Accatholicum in 200. fl. mulctatur, et Ludimagister Csesztoensis in Comitatu Neograd. amouetur. 107.) Aliud d. 19. Jul. 1754. quo Domini Terrestres prohibentur Colonos diebus festis ad labores cogere. 108.) Aliud d. 23. Jul. 1754. quo in Comitatu Neograd. ecclesia Alsó-Eszter-gáliensis euangelicis adimi, et alter fundus exscindi iubetur. 109.) Aliud d. 16.

Aug. 1754. quo Oratorium Aracſienſium Reformatorum in Comitatu Szaladienſi tollitur. 110.) Intimatum d. 3. Septemb. 1754. de piarum Fundationum accurata adminiſtratione, et reddendis quotannis deſuper Rationibus. 111.) Aliud d. 9. Septemb. 1754. de citandis euangelicis Osküenſibus, qui Plebanum verberarunt. 112.) Aliud d. 9. Septemb. 1754. quo inquiſitio per Comitatum Weſzprimienſem peragenda ordinatur quoad Eccleſiarum euangelicarum in Szölös, et Kerta contrauersarum exercitium, et hoc concomitantes exceſſus. 113.) Aliud d. 23. Septemb. 1754. quo omnis vis in Comitatu de Sáros Accatholicis inferenda prohibetur, et reſolutiones regiae obseruandae quoad ſingula ſpecifice praecipiuntur. 114.) Aliud d. 17. Octob. 1754. quo Ginſienses Accatholici a ſuis praetenſionibus ſuperſedere iubentur. 115.) Aliud d. 9. Nouemb. 1754. quo actio fiscalis contra Accatholicos in Füred, et Aracs tumultuantes ordinatur. 116.) Aliud d. 16. Decemb. 1754. quo clauſula ſaluo iure Dominorum Terreſtrium explanatur. 117.) Aliud d. 23. Decemb. 1754. quo tria Indiuidua Catholica ad Senatum Debrecinenſem occaſione Reſtaurationis recipi iubentur.

Tomo VII. *Pag.* 401. *continentur ab anno* 1755. *vsque annum* 1763. 1.) Intimatum C. R. L. H. d. 16. Jan. 1755. quo Baro de Réva actione fiscali conueniendus

endus decernitur propter proles in euangelica religione educatas. 2.) Aliud d. 17. Jan. 1755. quo Minister Cremnicensis Michael Klein ob editam foris Catechesim ab officio amouetur. 3.) Aliud d. 18. Jan. 1755. de Coemeterii Garamszeghiensis in locum commodiorem translatione. 4.) Aliud d. 28. Jan. 1755. quo ad ecclesiam Csoltóensem H. C. Comitatus Gömör. Parochus Catholicus inducitur. 5.) Aliud de eodem dato duos processus fiscales contra Apostatas Papenses, et Csernyeienses secundum praescriptam Normam instituti praecipiens. 6.) Aliud d. 9. Febr. 1755. quo Veterosoliensis Notarius Orsowszky deponi, et in electionibus Catholicorum ratio haberi praecipitur. 7.) Aliud d. 13. Mart. 1755. quo N. Banyae secundus Minister amouetur, et Schola H. C. ad Grammaticam reducitur. 8.) Aliud d. 19. Jun. 1755. quo Consiliarius Ladis. Barinyai ad Comitat. Thuroczensem exmittitur, vt Baroni Révay proles adimat penes actionem fiscalem. 9.) Mandatum regium d. 11. Jul. 1755. praecipiens Alsó - Esztergáliensibus per Comitatum Neograd. actutum consuli. 10.) Intimatum C. R. L. H. d. 14. Jul. 1755. praecipiens vexas Plebanorum, et Dominorum Terrestrium in Alsó-Esztergály tolli. 11.) Aliud d. 28. Jul. 1755. quo Comitatus Neogradien. reprehenditur ob proles Petri Beniczky, ex Eva Pronay natas, in religione euangelica institutas. 12.) De-

Decretum regium d. 7. Aug. 1755. ad L. B. Döry praecipiens inueſtigationem ratione Oratorii in Fantſika manu militari occupati. 13.) Literae Epiſcopi Jaurinenſis d. 22. Aug. 1755. quibus Senatores Catholicos Soproniensès diſponit, vt contendant excludere ab exercitio Juris Patronatus euangelicos. 14.) Statuta oppidana C. Joannis Csáky d. 22. Aug. 1755. pro Zsakocz, Millenbach, et Nagy-Szalok Proteſtantes in electione munerum, et vſu Scholarum reſtringentia. 15.) Intimatum d. 30. Septemb. 1755. demandans Comitatui Zolienſi inueſtigationem contra Miniſtrum Garamſzeghienſem absque promulgatione, et teſtimonio Parochi Catholici copulantem. 16.) Aliud d. 2. Octob. 1755. praecipiens Comitatui Weſzprimienſi Connotationem animarum ex oppido Papa ad Adaſz - Tevelye excurrentium. 17.) Aliud d. 9. Octob. 1755. ad Comitatum Neograd. de Plebano Catholico Loſſonczini inducendo. 18.) Aliud d. 23. Octob. 1755. quo Comitatui Bihorienſi iniungitur inueſtigatio cum concurſu Dioeceſani contra tumultuoſos Reformatos reoccupantes in Örvend campanas. 19.) Circulare d. 3. Nouemb. 1755. prohibens heterodoxos alienigenas inire matrimonium ſine indultu regio cum perſonis ciuilibus. 20.) Intimatum Locumtenentiale de eod. dat. quo Chyrurgo Puſch extraneo A. C. conciuilitas Sopronii conceditur. 21.) Circulare d. 24. Nouemb.

uemb. 1755. quo Gratulationes, Cantationes &c. cum aggrauio Publici prohibentur. 22.) Intimatum Locumtenentiale d. 27. Nouemb. 1755. quo non attenta impeditae inductionis per Loſſontzienſes fundus pro Parochia exſcindi iubetur. 23.) Decretum d. 29. Nouemb. 1755. quo Joannes Madács negotia Proteſtantium promoturus actutum Vienna diſcedere iubetur. 24.) Intimatum C. R. L. H. d. 15. Decemb. 1755. quo ex 13. Oppidis Scepuſii profugi Proteſtantes in Ciuitates Késmárk, et Leutſchouiam ad Sacra R. Catholicorum reduci iubentur. 25.) Aliud d. 23. Decemb. 1755. quo Comitatus Weſzprim. inquirere iubetur in Eörs propter aedificatam ab euangelicis pro Ludimagiſtro domum, et Campanile, et exercita munia religionaria. 26.) Aliud d. 9. Jan. 1756. quo in emigrantes ex 13. Oppidis Scepuſii Apoſtatas inueſtigatio decernitur. 27.) Reſolutio regia, d. 22. Jan. 1756. per quam Miniſtri Dörögdienſis, et Kapoltsenſis propter exceſſus ſingillatim in 100. fl. mulctantur. 28.) Intimatum d. 26. Jan. 1756. quo iniungitur inueſtigatio Comitatui Jaurinenſi cum concurſu Dioeceſani quoad occupatam in Mérges Ludimagiſtri domum. 29.) Aliud d. eod. dato ad Brezno-Banyenses de quibus mixti matrimonii prolibus in religione catholica educandis. 30.) Circulare ad Epiſcopos d. 27. Jan. 1756. de Accatholicis, praeter Stolam ad nullas praeſtationes adigendis.

31.)

31.) Aliud d. 31. Jan. 1756. de Incolis H. C. Noſzlopenſibus Parocho Deuetserienſi ſubiiciendis. 32.) Aliud d. 6. Febr. 1756. quo Georgii Bottó filia, et Samuel Mihalecz ex Honthenſi Comitatu in Neogradienſem commigrantes, propter apoſtaſiam prior placidis mediis, poſterior actione fiſcali conueniatur. 33.) Aliud d. eod. dato de modo tractandi proles mixti matrimonii. 34.) Aliud de eod. dato de reducendis Catholicorum prolibus in Accatholicismo educatis, Georgio Bahil incaptiuando, et definiendo proceſſu contra Car. Nolten. 35.) Aliud d. 9. Febr. 1756. de adminiſtratione piarum Fundationum. 36.) Aliud d. 12. Febr. 1756. quo Schola Neoſolienſis euangelica ad Grammaticam reſtringitur. 37.) Aliud d. eod. dat. prohibens excurſiones Miniſtris in Thét, et Vadosſa ſub poena, et exercitium munii parochialis Ludimagiſtris in Réth, Kapi, et Bezin. 38.) Aliud d. 26. Febr. 1756. actionem fiſcalem determinans contra Miniſtrum olim Cremnicenſem Klim in Comitatu Thuroczenſi exceſſus committentem. 39.) Aliud d. 8. Mart. 1756. praecipiens Comitatui Honth. audiendos Compoſſeſſores in Osgyár ſuper antiquo vſu Oratorii, et Scholae euangelicae. 40.) Aliud d. 15. Martii 1756. quo petitur a Comitatu Gömörienſi informatio de moderno ſtatu Eccleſiarum euangelicarum, et Actio fiſcalis determinatur contra transgreſſores Reſolutionum regia-

